

087



Programm

des

Königl. Gymnasiums zu Bromberg

womit zur

öffentlichen

Prüfung der Schüler

den 23. und 24. September 1861

Morgens von 8 Uhr ab

und zur


feierlichen Entlassung der Abiturienten

den 24. September, Nachmittags 3 Uhr

einladet

Dr. J. H. Reinhardt,

Director des Gymnasiums.



Inhalt:

- 1) Quantum Herodoti religio ac pietas valuerit in historia scribenda. Vom Professor Fechner.
- 2) Gemüthsleben und Gemüthsbildung. Vom Director.
- 3) Schulnachrichten für das Schuljahr 1860—1861. Von demselben.



Bromberg, 1861.

Buchdruckerei von J. Fischer.

quod summum est, ne levissima quidem suspicione attingitur, quanto libertatis studio Graeci inflammati sint, ac Persas, quum virtute illa careant, fortitudine minime comparandos esse cum Graecis. Itaque plane ridiculum ei videtur, quod Demaratus Spartanorum rex exsul ei quaerenti, num Graeci adversus se in aciem egressuri sint, respondet, Lacedaemoniis certe nunquam ejus conditiones accepturos, sed acie dimicatuuros, etiamsi ceteri Graeci omnes regis amicitiam sequantur; paupertate robur corporis et omnem animi virtutem ali, ut universa Graecia servitutis jugum subire acerrime aversetur; sed quamvis libertate utantur, tamen iis praeesse legem dominam videlicet, cujus vis imprimis apud Lacedaemonios tanta sit, ut nemo ex acie fugere audeat, etiamsi maxima hostium multitudo immineat, praesertim quum lex idem semper vetet ac jubeat. Barbarum quidem ea legis gravitas ac sanctitas prorsus fugit et quum ei temere et insolenter imperanti multa millia hominum obediant, humanae imbecillitatis immemor majora et altiora, quam hominem decet, affectat. At fieri potuisse negant historici¹⁾, ut Demaratus, qui Persarum ope in regnum suum restitui vellet, ita cum Persa colloqueretur, qua re ipse consilio suo obfuisset; quod licet concedamus, tamen de sententiae illius gravitate et veritate nihil detrahitur et quid interesset inter barbarorum et Graecorum ingenia ac disciplinam hoc colloquio optime expressisse Herodotum nemo negabit. Neque tamen est, cur scriptorem rem universam statuamus finxisse, id videlicet de fide ejus, quam plurimis argumentis integram esse constat, multum detraheret; quidni quod in Demarati domo, quae erat in Teuthrania, vulgo traderetur, Xerxem ab illo, ne temere bellum susciperet, monitum esse, Herodotum accepisse credamus atque illa ratione memoriae prodidisse? Neque negaverim, quod quibusdam viris doctis videtur, etiam hoc loco scriptorem Demarati sermone expressisse, quid ipse de Lacedaemoniorum virtute honorifice judicaret, qua ipsa re refellit, quod nonnunquam ei crimini datum est, eum de Lacedaemoniorum republica ac disciplina iniquius existimasse.

Ac paulo post, quod Demaratus de Lacedaemoniorum virtute sentiebat, re comprobatum est. Quid pluribus narrem, quod nemo nescit, quamvis immensam copiarum magnitudinem adduxisset, angustias Thermopylarum expugnare non potuisse, quas Spartiatae trecenti Leonida duce defendebant admodum exiguo sociorum numero addito? Neque tamen, quum unius hominis teterrima

¹⁾ cf. Duncker IV. p. 734.

proditione munimento et auxilio, quod loci natura praebebatur, privati essent, barbarorum impetum incredibili multitudine undique invadentium diutius sustinere potuerunt, sed ad unum omnes mortem occubuerunt honestissimam

„sanctis patriae legibus“ obsecuti¹⁾.

Neque Herodotus omittit memorare, regem Lacedaemoniorum etiam hac in re non solum patriae caritate et obedientia legum, sed etiam religione commotum fortiter pugnasse, nam accepisse Spartiatis oraculi responsum, fore ut aut Lacedaemon a barbaris excideretur, aut rex eorum periret²⁾; itaque diis quoque placuit, ne Graecia in libertatem vindicaretur nisi gravissima jactura facta et ingenti calamitate accepta. Id quum oraculi responso³⁾ Atheniensibus indicatum esset, quamquam atrocissima quaeque Atticae instare Pythia praedixerat, tamen ea civitas neque desperavit, neque communem Graecorum causam deseruit, id quod Herodotus insigniter ornavit⁴⁾, quum ab Atheniensibus secundum deos barbaros repulsos esse praedicaret ac probaret. Fatum erat⁵⁾, Atticam vastari a barbaris, sed quum Athenienses callidam oraculi interpretationem amplexi salutem suam copiis navalibus committerent, eam belli gerendi rationem delegerunt, qua se non inferiores fore sperari posset, quum et rei navalis essent peritiores, quam plurimi barbarorum et angusti maris natura insularum et scopulorum copia infesti adjuvarentur. Ac ne ab hac quidem re religio abfuit, nam sacris oblatis ventos placaverant ac sibi propitiaverant⁶⁾. Quorum opem experti sunt proelio illo apud promontorium Artemisium commisso, nam ante proelium initum saeva tempestate orta permultae barbarorum naves perierunt, ut videlicet dei numine et auctoritate copiae navales Graecorum et Persarum aequarentur⁷⁾. Omnino, quae est ratio scriptoris, saepissime etiam ea, quae aut rerum natura aut humanarum virium contentione fiunt, ubi magni aliquid discriminis inest, ad deos refert auctores, qua ejus pietatem egregie commendari quis non intelligit. Non fugit eum, barbarorum arrogantia

1) Cic. Tusc. I. 42.

2) VII. 220.

3) VII. 140.

4) VIII. 139.

5) VIII. 53.

6) VII. 178. 189.

7) VIII. 13.

et superbia, tum Graecorum, imprimis Lacedaemoniorum et Atheniensium virtute, cui accederent locorum et ventorum tempestatumque opportunitates, Graeciae libertatem servatam esse, attamen nihil omittit commemorare, quo cognoscatur, deorum numen inesse rebus humanis iis maxime, quibus populi aut gentis ac domus alicujus salus in discrimen committatur. Id enim ei persuasum erat, adversante numine divino aut fato humanis viribus nihil effici posse, at si quis religione ac pietate imbutus animum suum contineret neque unquam fines, quibus hominum natura esset circumscripta, egrederetur, tum eum sentire, quo quasi flatus numinis divini ac fati ferret; quem si sequeretur ac secundo uteretur, ad eam rerum suarum prosperitatem pervenire, quae omnino homini concessa esset. Nonne, qui illud paulo altius repetierit, prope attingat mente, quod sanctissimus doctrinae Christianae praeco Johannes apostolus sic pronuntiat: Qui, quod deus vult, agit, is aeternus manet? ¹⁾ Itaque non est, quod miremur, scriptorem etiam leviora quaedam memoriae prodidisse, quo Graecorum rebus numen divinum adesse appareret. Velut ²⁾ quum barbarorum agmen Delphos venisset, ut templum donis opulentissimum expilarent, clamores bellici ex adyto fani et miri fragores coeli cum fulguribus auditi sunt; praeterea ingentibus saxis e summo monte Parnasso delatis multi hostium icti perierunt, ut barbari terrore percussi aufugerent ac probarent, quod deus responderat Delphorum civibus thesauros templi, quum hostes jam appropinquarent, in tutum locum deportaturis, se ipsum satis valere ad sua tutanda. Et fugientes barbaros duo bellatores persequuti esse traduntur statura augustiore quam humana, qui multos hostium caederent, quos Delphi heroes esse terrae praesides interpretati sunt. Atque hoc servati templi Delphici miraculum licet in rebus satis magni momenti numeres, tamen, quae mox memorabo, leviora sunt neque ab Herodoto relata essent, nisi numen divinum rebus Graecorum interesse iis indicari credidisset. ³⁾

Alebatur in arce Athenarum anguis, qui Minervae sacer ipsam arcem custodire putabatur; ei quum singulis mensibus apponeretur placenta mellita, eam tum, quum urbs ex oraculi responso relinqueretur, draco non attingit, qua re videlicet portenderetur, ipsam deam sedem suam reliquisse eaque Atheniensium

¹⁾ 1. Ep. Joh. II. 17.

²⁾ Her. VIII. 36.

³⁾ VIII. 41.

animi mirum quantum confirmati sunt. Neque fatum erat, urbi perpetuam vastitatem inferri, nam olea, quae Minervae sacra in arce virebat, una cum aedibus incensis ambusta erat. Ea altero post incendium die in rorum recentem cubiti longitudine renata ab iis Atheniensium exulibus, qui sacrificandi causa Xerxis jussu in arcem ascenderant, conspecta esse traditur.¹⁾

Et jam ipso proelii Salaminii discrimine instante etiam diligentius notat, quaecumque deos praesentes indicare visa sunt. Omittantur oracula Bacidis²⁾, quibus praedictum erat, Graeciam superiorem fore, barbaros magna clade affectos ingentem navium et virorum numerum perdituros, quae quidem laudat scriptor, attamen non multum iis tribuit, quum se iis repugnaturum quippe rerum eventu comprobatis neget³⁾; verum alia, quae narrationem rerum religiosam efficiant, paucis exponam.

Quo die proelium navale futurum erat, una cum sole oriente terrae motum quasi divinitus ortum quum Graeci sensissent, placuit deos precibus venerari et Aeacidam ad opem ferendam advocare; item navis missa est, quae simulacra illorum heroum afferret, et incolumis ea navis per confertas hostium naves initio pugnae rediit.⁴⁾ Tum Dicaeus exsul Althoniensis cum Pisistratidis apud Persas hospes forte una cum Demarato in campo Thriasio versans pulverem conspexit ab Eleusine orientem, velut si Cereris pompa sollennis, quae eo anno barbarorum incursione prohibita erat, multorum millium hominum incederet, et clamorem audivit, quo qui sacris Eleusiniis initiati erant, uti solebant.⁵⁾ Eum clamorem divinitus sublatum esse, quum Attica prorsus deserta esset, et pulveris nube, si in naves ferretur, classi regis, at si in Peloponnesum versus, ejusdem exercitui terrestri cladem portendi Dicaeus vaticinatus est. Denique proelio jam commisso Graecis etiam tum in barbaros invadere cunctantibus species mulieris oblata esse fertur nimirum deae alicujus velut Minervae eosque graviter objurgasse et hortata esse, ne jam naves remis inhiherent, sed fortiter in hostes impellerent.⁶⁾ Et quanta religione Graeci in tanto rerum suarum discrimine impleti fuerint, ut penitus cognoscatur, ne hoc quidem omittit, quod Athenienses soli accidisse tradiderunt Corinthiis parum decorum. Adimantum enim Corinthiorum ducem statim initio proelii terrore percussum fugam

1) VIII. 54. 55. 2) VIII. 77. 96. 3) οὐ βουλόμενος ἐναργέως λέγοντας πειρᾶσθαι καταβάλλειν ἐς τοιάδε πρήγματα ἐςβλέψας c. 77. 4) VIII. 64. cf. c. 83.

5) VIII. 65. 6) VIII. 84.

tentasse, quod quum viderent ceteri Corinthii, et ipsos ex acie discessisse; at iis obviam factam esse celocem divinitus missam; in qua qui essent, Adimantum nullius rei earum, quae apud ceteros Graecos gererentur, gnarum monuisse, eum prodidisse communem Graecorum causam, qui jam hostibus superiores essent et quum Corinthii hoc nuntianti diffiderent, illos se ejus rei obsides fore pollicitos esse et capite suo luere paratos, nisi Graeci vicissent; ita Corinthios rediisse re jam profligata.¹⁾ Ac ne quis dicat, Herodotum, quid historicum deceret, parum memorem temere ea memoriae prodidisse, quae superstitione ficta essent, reputetur velim, in omnium animis tum admirabilem religionem viguisse accensam illam et malorum undique ingruentium prorsus insolita multitudine ac magnitudine et salute a tanta malorum vi etiam mirabilius vindicata. Quis vero neget, etiam ita exprimi, quae in hominum animis vigeant et ad res gerendas magni momenti sint? praesertim quum scriptor ipse res humanas non forte neque casu, sed fato ac numine divino regi persuasum habeat, cui quidem rei quicumque vere christianum se profitetur, nemo adversabitur, etsi longe emendatior est notio, quam nos de deo animis impressam habemus. Atque Graecos ipsos salutem suam e tanta malorum mole servatam ad deos auctores retulisse, id Herodotus certis testimoniis probat, velut ubi Themistocles suis civibus persuadere studet, ne hostes persequantur ad Hellespontum rescissuri pontem ibi factum, quamquam antea pontem illum quam celerrime interrumpendum censuit, quo barbarus a reditu interclusus perderetur, hoc addit²⁾: Ne persequamur viros fugientes; neque enim nos hoc effecimus, sed dii et heroes, quum unum hominem, qui esset impius ac nefarius, Europae et Asiae imperare nollent. Et quod h. l. una expressum est, temperamentum quoddam in hominum vita dominari, quod neminem immodice efferri aut rerum omnium prosperitate perpetua gaudere patiatur, id et in Herodoti opere et in universa Graecorum humanitate maximi est momenti; ita modestia illa et omnium rerum moderatio sapiens ac decora gignitur, qua Graecos ceteris nationibus praestare constat. Itaque nihil est, cur dubitemus, quin re vera dixerint, certe senserint Graeci, quod libri septimi capite ducentesimo tertio legitur: Ne admodum timeant Locrenses Opuntii et Phocenses auxiliares ad Thermopylas evocati regis Persarum copias potentiamque, neque enim deum adversus ipsos proficisci, sed qui mortalis sit genitus; neque cuiquam mortali omnia prospere succedere et potentissimum quemque maxima mala sentire spe sua longe destitutum.

¹⁾ VIII. 94. ²⁾ VIII. 109. cf. 143.

Itaque jam satis probatum mihi videtur, Herodotum de Xerxis expeditione narrationem ita composuisse, ut, quod et ipsi et omnibus fere aequalibus non impiis persuasum esset, diis adjuvantibus barbaros repulsos esse appareret, quibus omne nimium displiceret, et Xerxem ipsum arrogantiae ac superbiae, quum jam deorum immortalium potentiae vix cedere videretur, poenas luisse gravissimas non solum expeditione illa ad irritum redacta, sed etiam malis¹⁾, quae post expeditionem illam in ipsius domum ingruerunt atrocissima. Itaque ea quoque sub finem operis narravit scriptor orta illa quidem pravis amoribus regis et invidiae uxoris Amestridis detestabili, quibus tantus furor est accensus, ut caedibus immanibus in regia saeviretur.

Xerxis igitur expeditione ita enarrata suae et eorum, qui bellis illis interfuerant, pietatis documentum pulcherrimum proposuit et diis id quasi dicatum et sacrum offerens pro servata patria laudes gratesque egit excellentissimas ac sicuti in Homeri Iliade omnia ad gravitatem irae Achillis celebrandam spectant, ita in hoc opere omnes partes ad hoc unum conspirant, ut quam longe Persae et imprimis Xerxes recti ac justii fines excesserint animi vanitate ducti et quam graves ejus rei poenas dederint, illustretur, qua re haud dubium est, quin Herodotus suo quoque opere hominum religioni utpote certissimo bonae disciplinae ac publicae privataeque salutis fundamento consulere voluerit.

Quum igitur Herodotus homines id imprimis monere videatur, ut semper memores sint, quibus finibus ipsorum natura sit circumscripta, ut iis se continent, eos, qui contra faciunt et deorum reverentiam ac metum negligunt, impios dicit, injustos vero, qui injuriis aliorum non abstinent, nulla ipsi injuria lacescunt. Ut impii, ita injuriosi homines poenas vix unquam effugiunt et cujusque injuriae poenae serius ocus luuntur²⁾. Itaque injuriam illatam ulcisci non improbum est, at qui ulciscendo nimius est, aut ad immanitatem accenditur, is deos habet iratos³⁾ et plerumque gravissima affligitur calamitate vel etiam misere perit.

Duo igitur rerum humanarum ratione probari et confirmari existimat scriptor, dominari in iis fatum quoddam et numen divinum, cujus vis nulla ope humana reprimi possit⁴⁾ neque hominem perpetua felicitate uti patiatur, sed vi-

1) IX. 108. sqq. 2) II. 120. 3) IV. 205. *ὡς ἄρα ἀνθρώποισι αἱ λίγν ἰσχυραὶ τιμωρίαι πρὸς θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται.* 4) IX. 16. *ὅτι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀμήχανου ἀποτρέψαι ἀνθρώπων.* cf. I. 91.

cissitudine quadam hominum fortunam variari velit¹⁾, et quod ab hoc proxime abest, odisse deos omne nimium et quisquis hominum aut deorum aut aequitatis negligentia ductus nullum animi cupiditati aut iracundiae temperamentum adhibeat, eum inscium sibi ipsum infestissimum existere et gravissima mala conflare. Quae quum ea operis Herodotei parte, ad quam quasi summam totius ceterae partes conspirant, luculentissime et gravissime comprobentur, tum etiam iis apparent, quae aut ad summae rei rationes et causas quodammodo explicandas antecedunt, aut tanquam supplementa subsequuntur.

Quid magnificentius aut admirabilius mortales illius aetatis unquam viderant, quam regni Persarum ingentem magnitudinem ac potentiam. Tantam imperii molem solis humanis viribus congestam esse, nullius animo, qui quidem a religione ac pietate non plane abhorreret, persuaderi poterat; quid mirum igitur, idem Herodoto visum esse et barbarorum vires non sine ope divina tantis auctibus crevisse in opere ejus explicatum legi. Quum jam pueruli delectentur narratiunculis illis, quo fortunae beneficio Cyrus infans conservatus, quomodo deinde adolescens rerum potitus sit, non est, quod pluribus de ea re disputem. Illud tamen animadverti velim, primum Herodoto ipso auctore²⁾ varias fuisse narrationes de Cyro ejusque regno, quarum se eam elegisse dicit, quam tradiderint Persae Cyri celebrandi et illustrandi minus cupidi, sed qui rerum veritati consulere vellent. Verum si contuleris, quae quum a Xenophonte in libro illo de Cyri disciplina scripto, tum ab aliis auctoribus velut Dinone quarti a. Chr. n. saeculi scriptore et Nicolao Damasceno Augusto aequali³⁾ memoriae prodita leguntur, haud dubie Herodoto ea potissimum placuisse reperies, quae maxime probarent, diis ipsis auctoribus imperium a Medis ad Persas translatum esse et deos egregie favisse Cyro⁴⁾, quare ei contigisse, ut regnum per omnem fere Asiam eo tempore notam propagaret.

Astyages mente divinitus occaecata (*ὥστε θεοβλαβῆς εἶναι* I. 127.) Harpagum, cujus odium capitale contumelia saevissima subierat, iis copiis praefecit, quibus regnum a Cyro bellum inferenti defenderet. Nonne iis omnibus, quae Astyages ad fortunam imminentem avertendam instituit, ut, quae volebat, efficerentur, tantum absuit, ut inscius ille et invitus cum fati necessitate faceret?

¹⁾ I. 86. *ἐπιλεξάμενος, ὡς οὐδέν εἶναι τῶν ἐν ἀνθρώποισι ἀσφαλῆως ἔχον.* cf. III. 49. ²⁾ I. 95. ³⁾ cf. Duncker II. p. 471. ⁴⁾ I. 124. *σέ γὰρ θεοὶ ἐπορέωσι* et paulo post: *τὸ δὲ κατὰ θεοῦς τε καὶ ἐμέ περὶεις.*

Atque ea omnino fati est ratio, ut mortales, dum ei adversari conantur, ita agant, ac si vim ejus certissimam sentire velint, id quod et Herodoti historia et veterum fabulis quum aliis tum Sophoclis illa, quae inscribitur Oedipus rex, planissime explicatur. Cyrum igitur Herodotus divino consilio conservatum esse credit, ut regnum Persarum amplissimum conderet; itaque diis propitiis et Babylonios superat urbe egregie munita securos et Lydorum regem quamvis diis minime ingratum regno privat. Tum etiam Graecorum coloniae in ora Asiae florentes in dicionem Persarum venerunt, quippe quae non solum inter se parum consentirent neque conjunctis viribus rem gererent, sed etiam a diis ipsis desertae esse viderentur. Nam quum Cnidii continentis angulum, in quo urbs sita erat, fossa ducta a continente dirimere et ne hostes invaderent, munire conarentur ac res parum prospere succederet, oraculum Delphicum eos in opere perseverare vetuit, quum consulentibus responderet, Jovem ipsum, si voluisset, pro isthmo insulam fieri, facile terrae formam mutaturum fuisse. Item Aeschylus¹⁾ Cyrum regem fuisse praedicat clementem pacisque amantem, cui dii propitii fuerint, quia regnum aequum ac lene exerceret, cum quo ipse Herodotus consentire videtur²⁾; nam Persas tradit eum patrem suum appellare et eo auctore nihil sibi comparatum praedicare nisi bona. Ejusdem Cyri animo immodestiae aliquid, qualis barbarorum esse soleat, admixtum fuisse Herodotus arguit. Xerxes Hellespontum punivit, quod pontem disjecerat; Cyrus adversus Babylonem expeditionem faciens, quum unus e sacris equis gurgitibus fluminis Gyndis haustus esset, annem ultus est diductis aquis ejus in rivulos. Nonne ea re similitudo quaedam ingenii elucet? nonne ita impotentiam animi similem quandam in regibus illis fuisse probatur? Itaque eo ipso vitio etiam Cyrum periisse Herodotus narratione sua indicare videtur. Nam quum plura de exitu Cyri memoriae prodita essent, se id quod veri simillimum esset, elegisse testatur³⁾; et quod scriptori maxime probabile videtur, id Cyrum periisse coarguit, quod immodica affectaret et perpetua rerum prosperitate, etiam miraculo ortus sui elatus majores quam pro natura humana spiritus sibi sumeret.⁴⁾ Croesus quidem, in quo ingenium quoddam simile Artabani illius inesse nemo non videt, Cyro bonorum consiliorum auctor additus et ipsa Tomyris Massagetarum regina, cujus regnum est expugnaturus, vicissitudinis omnium rerum humanarum et modestiae, qua quis suis rebus sit contentus, admonent, quamquam ille quidem

¹⁾ Persar. v. 768 sqq. cf. Duncker II. p. 580. ²⁾ III. 89. ³⁾ I. 214. ⁴⁾ I. 204.

proelii vices ancipites effugiendi et dolo ac fraude rem gerendi est auctor. Neque nocturno visu¹⁾ per somnum oblato, quo ei necem instare et regnum ad Darium Hystaspis filium translatum iri portendebatur, absterretur, quominus, postquam fraude illa satis nota pars exercitus hostium et ipse reginae filius periit, acie confligeret, quo proelio et Persarum multa millia et ipse rex occiderunt magna clade accepta. Ita igitur Cyrus impotentiae animi immodica concupiscentis poenas luisse haud dubie Herodoto videtur.²⁾

Sed ea refelli videntur Ctesiae narratione, quo auctore Cyrus proelio cum Dyrbaeis commisso vulneratus quidem est, sed apud suos animam efflavit et maximi momenti est ad eam memoriam confirmandam, quod Cyri corpus Parsargadis in sepulcro magnifico conditum esse historiae monumentis fide dignis satis constat.³⁾

Ab hoc loco alienum est, pluribus exponere, quomodo Cambyses Cyri filius et successor regnum administraverit, illud vero teneri velim, etiam hac operis sui parte Herodotum gravibus argumentis id probare voluisse, quod jam saepe memoravimus, quicumque sui impotens cupiditatibus animi sui non temperaret, eum gravissimorum malorum ipsum sibi auctorem existere. Cambyses Aegyptum victo Psammenito Amasis filio expugnaverat. Sed rebus tam secundis et ipsius regni hereditate accepti amplitudine minime contentus etiam Aethiopiam et regionem Ammoniacam regno suo adjuncturus temere expeditiones facere conatur in loca deserta et arenosa, unde ingenti copiarum jactura facta re infecta redire cogitur. Tum non solum in Aegyptios, sed etiam in suos immani crudelitate saevit. Memphim reversus quum Aegyptios Api bove nato, quem pro deo habebant, laetos et sollennia agentes invenisset, bestiam illam impie ipse trucidat, sacerdotes vero supplicio afficit. In Amasis mortui corpus e sepulcro extractum foedis contumeliis saevit; duodecim Persas nobilissimos exiguo crimine convictos atrocissime punivit, Croesum leniora suadentem occidi voluit; Prexaspis ministri fidelissimi filium quasi joca agens sagitta ipse transfixit. Jam haec indicia mentis alienatae Herodotus existimat, etiam magis animum ejus furore plane occaecatum fuisse eo cognitum est, quod sacris Aegyptiorum et institutis sanctissimis immani contumelia insultavit.⁴⁾

Cujus furoris poenas Cambyses luit similiter ut Xerxes nocturno viso de-

1) I. 210. 2) I. 212. ἡ μὲν σέ ἐγὼ καὶ ἀπληστον ἔοντα αἵματος κορέσω. 3) cf Duncker II. p. 577 et 581. 4) III. 37. 38.

ceptus; nam ea specie oblata ne regno privaretur timens fratrem suum Smerdem clam interimi jusserat; jam vero quum magos quosdam Susis rerum positos esse ei nuntiatum esset, graviter dolens parricidio ad vindicandum magorum facinus domum contendit et quum in equum ascenderet, accidit, ut gladio forte e vagina educto ipse femur suum percuteret in eo ipso loco, quo Apim transfixerat.¹⁾ Quo vulnere Ecbatanis Syriae urbe accepto sensit sibi moriendum esse utpote qui jam antea responsum oraculi accepisset in Aegyptiorum oppido Buto, se Ecbatanis diem supremum obiturum, adhuc vero Ecbatana Mediae indicari speraverat. Sero igitur ad mentis sanitatem revocatus acerbissimo dolore afficitur ob parricidium perpetratum, quem ultima oratione ad proceres Persarum habita sincere declarat, una confitens, quod fatale sit, id viribus humanis non posse averti.

Quis igitur neget, iis quoque, quae de Cambyse memoriae prodita sint, expressum esse, quod saepius memoravimus, dominari in rebus humanis numen divinum, quod omnia ad aequitatem revocaret atque homines potentia et fortunae flatu secundo superbientes puniret?

Darius, qui post Cambysem regnavit, diis ita volentibus regnum adipiscitur. Satis constat, eum cum sex aliis Persis adversus magos conjurasse et caesis magis Persarum nationi regnum restituisse. Idem dolo quidem et equi hinnitu ad regiam potestatem evectus esse traditur, sed confirmatur is honos fulgure ac tonitru coelo sereno in tempore missis²⁾ et jam Cyro vivo honorem amplissimum ei deorum numine destinatum esse supra memoravi. Et ea ipsa causa factum esse videtur, ut Herodotus eam memoriam magis probaret, quam cetera, quae, nescio an probabiliora, de regno a Dario occupato tradita sunt. Erat enim Darius Hystaspis filius e gente Achaemenidarum oriundus, quam regiam Persarum fuisse constat. Jam quum Smerde et Cambyse mortuis vetustior stirps ejus gentis extincta esset, regiam potestatem ad Darium delatam esse consentaneum est; nec fortuito septem illi proceres Persarum adversus magos conjurarunt, sed quum principes essent totidem gentium Persarum nobilissimarum, quem potius regni vindicem existere conveniebat?³⁾ Eum, quem dii ipsi regnare voluissent, virum fuisse satis sapientem utpote barbarum ne Graecus quidem negavit; itaque non admodum mirum est, septem illos Herodoto teste⁴⁾ deliberasse de optima republica, quamquam ab omni imperio praeter regium

¹⁾ III. 64. 65. ²⁾ III. 85. 86. ³⁾ Duncker II. p. 607 sqq. ⁴⁾ III. 80.

BIBLIOTEKA MIEJSKA
IM. KOPERNIKA
W TORUNIU

~~Stadsbibliothek
Chorn~~

Q.B 1749

animos Asianorum et tunc abhorruisse et hodie alienos esse, nemo, qui quidem rerum orientis gnarus est, infitiabitur. Itaque potius crediderim, Herodotum quae vulgo Graeci de tribus reipublicae formis sentirent, non satis recte ad barbaros retulisse et libertatem ita graviter commendari voluisse, quum etiam barbarus — Otanem dico — egregie laudaret.

Jam quae Herodotus de regno pacato et aucto, quum plures civitates aut populi defecissent, tum de regni administratione a Dario melius constituta tradidit, eum virum sapientem fuisse probant neque in ea re scriptor a ceteris auctoribus discrepat. Verum ne hic quidem numinis divini in rebus humanis versantis indicia memoriae prodere omittit; velut quum Darius Babylonem diu frustra oppugnaret, unus ex oppidanis per ludibrium Persis audientibus jecit, non prius hostes urbe potituros, quam mula peperisset. Idque quum praeter opinionem Zopyro uni e nobilissimis Persis eidem amicissimo regi evenisset, intellexit, non sine numine divino Babylonium illud jactasse et sua opera urbem recipiendam esse. Ac ne, quod vulgo notum est, hoc loco denuo exponam, quanta animi magnitudine et fortitudine et qua fraude usus Zopyrus Babylonem sub potestatem regis redegerit, illud modo animadverti velim, hujus rei simile quid apud populum Romanum tradi, nam Sextus Tarquinius facinus non minus forte et fraudulentum adversus Gabinos perpetrare ausus est et quod de Thrasybulo Milesiorum tyranni consilio Periandro dato traditur¹⁾, id nos admonet, etiam regem Tarquinium summis papaverum capitibus coram nuntio decussis filio suo ejusdem consilii auctorem existitisse. Ceterum Aristoteles²⁾ Periandrum a Thrasybulo consultum esse tradit, id quod pro rationibus utriusque tyranni probabilius videtur. Quid quod vitam magnorum quorundam virorum et nascentium et infantium gravissime periclitatam esse complurium populorum consentiens est memoria?

Nec solum regni muniendi et administrandi arte Darius eminuisse traditur, sed etiam grati ac generosi animi documenta edidit pulcherrima; Zopyrum tanti fecit, ut dicitaret, malle se hunc virum incolumem esse, quam viginti Babylonem praeterea suae dicionis fieri³⁾. Oebarem equorum custodem suum, cujus arte regno potitus esse dicitur, columna honoravit, cui equitis figura erat insculpta cum titulo grati animi teste⁴⁾. Sylosontem Samium, a quo olim adolescens nondum ullo honore aut potestate insignis amiculum dono acceperat

1) V. 92. 2) Pol. III. 8, 3. cf. V. 8, 7. Duncker IV. p. 18. 3) III. 160. 4) III. 88.

purpureum idque vehementer efflagitatum jam in regno constitutus, quum ille Susa venisset beneficii praemium repetiturus, in patriam classe parata reduci jussit¹⁾; qua re factum est, ut Samus insula a Persis expugnaretur. Democedem²⁾ medicum Graecum optime de rege et regina Atossa meritum amplissimis muneribus prosequitur; Coës Lesbios et Histiaeus Milesius pontis in Danubio flumine facti custodes exercitu et rege ipso conservatis optime meriti³⁾ eo, quo uterque voluerat, munere a rege augentur⁴⁾, neque unquam immemor fuit Darius beneficii ab Histiaeo oblatis ne tum quidem, quum bellum adversus regem movisset et proelio victus a satrapis regiis supplicio affectus esset⁵⁾. Nam Darius improbato hoc facinore caput Histiaei ad ipsum delatum honorifice condi jussit utpote hominis egregie de se et Persis meriti. Nonne ita beneficiis beneficia gigni docetur et grati animi virtus egregie commendatur? Injuriis vero et contumeliis illatis mala hominibus conflare aequitatis parum studiosis etiam pluribus locis a scriptore probatur. Quid quod ipsum bellum a Dario justo rege Scythis illatum inde repetitur? Ab his enim, postquam aliquot annis ante in Mediam invaserunt et proelio commisso superiores discesserunt, poenas repetiturus Darius eam expeditionem suscepisse traditur⁶⁾. Verum nescio, an verius sit, quod Atossa uxor apud Darium Democede auctore disseruisse fertur; ea enim regem hortatur, ne otio inertis aetatem transigat, sed magna aliqua re gesta et illustretur et Persis persuadeat, virum fortem sibi imperare⁷⁾. Neque tamen regi contigit, ut Scythas subigeret aut ullam ultra Danubium terram teneret; jam hoc tempore deus noluisse videtur⁸⁾, unum hominem et Asiae et Europae imperium obtinere, quod quamquam Herodotus hoc loco non diserte expressit, tamen sensisse videtur, quum Scythis patriam defendentibus aperte faveat eorumque modestiam et sapientiam et fortitudinem narratione illustret⁹⁾. Quamquam igitur Dario ut viro ad Graecorum temperata ingenia propius quam plerique barbarorum accedenti pleraque prospere cedunt, tamen fieri non potuit, ut etiam Scythici belli eventu secundo gauderet. Neque bello Graecis illato id quod volebat, perfecit, quamquam ne ab hoc quidem Graecos et maxime quidem Athenienses et Eretrienses ulciscendi studium abfuisse constat¹⁰⁾; temperat vero Darius irae neque immodicus est in ulciscendo, quare quum Eretrienses a Datide et Artapherne victi et in servitum redacti Susa ad regem

1) III. 139. sqq. 2) III. 129. sqq. 3) IV. 97. 137. 4) V. 11. 5) V. 28. sqq. 6) V. 28. sqq. 7) IV. 1. 8) III. 134. 9) VIII. 109. 10) IV. 127. 46. 11) V. 105.

ducti essent¹⁾, ira ejus repente est placata et omni vindicta abstinens agros iis incolendos dedit in Cissia terra. Dario igitur homini alias felici, quominus et Europam et Asiam suae dicionis faceret, non ipsius arrogantia et superbia, sed ipsum numen deorum obstitisse videtur, quippe quod unius hominis potentiam nimis crescere ac prope divinae aequari nollet.

Jam videamus, qua ratione Herodotus res post pugnam Salaminiam gestas enarraverit et maxime quomodo, quae de rebus divinis et justo rerum humanarum temperamento sentiret, etiam hac operis parte expresserit.

Xerxes, ut fere insolentissimus quisque a vanitate, qua nihil superari non posse sperat, ad animi humilitatem facillime redigitur. Postquam proelio Salaminio inferior fuit, etiam tam multorum millium militum et magnae classis imperator tamen jam fortuna sua parum confisus in patriam quam celerrime redire constituit et Mardonium cum robore exercitus terrestris in Thessalia remanere jussit, ut, quod ille ipse volebat, Graeciam penitus subigeret. Ipse vero rex celerrimo itinere ad Hellespontum contendit, quo in itinere multa millia reliquiarum exercitus omnium rerum, maxime commeatus inopia perierunt. Jam de Xerxis reditu in Asiam Herodotus duplicem tradit famam. Alii²⁾ enim memoriae prodiderunt, eum, quum ad Hellespontum venisset et pons ille, quem antea aedificaverat, tempestate dissolutus esset, navigiis cum reliquis copiis in Asiam trajecisse, alii vero, eum a fluminis Strymonis ostiis navi Phoenissa in Asiam vectum esse; ibi quum tempestate orta navis vehementer laboraret, gubernatorem interrogatum a rege, num qua spes salutis esset, auctorem fuisse, ut aliquot Persae nobiles una navigantes semet ipsi in mare praecipitarent, qua re rex salvus foret. Qui ubi incolumis ad terram pervenisset, gubernatorem eundem ab eo prius quidem praemiis ornatum esse, quod regem servasset, tum vero supplicio affectum propter nobiles Persas extinctos. Nonne ejus, qui architectos pontis Hellespontii tempestate disjecti morte multavit, vanam superbiam et immanitatem h. l. agnoscas? nonne ideo potissimum Herodotus illam famam non praetermittendam esse existimavit, licet eam parum probabilem judicaret.³⁾ Paulo aliter Justinus rem narravit, sed eam narrationem vix probaverim, quippe quam Justinus⁴⁾ ad rem oratorie ornandam aut amplexus esse aut finxisse videatur.

1) VI. 119. 2) VIII. 117. 118. 3) VIII. 119. 4) II. 13.

Quum denique apud Plataeas et promontorium Mycalen cum barbaris decertandum esset, scriptor diligenter omnia notavit, quibus praesens deorum numen sentiri et rerum humanarum prae deorum potentia imbecillitas ac tenuitas cognosci posset.

Primum 1) enim Lacedaemonii oraculi monitu legato misso a Xerxe poenam repetunt pro rege suo Leonida occiso una jussi, quidquid Xerxes dedisset, id accipere. Convenit regem is legatus etiam tum in Thessalia commorantem et postquam mandatum exposuit, rem ille irrisit ac diu nihil locutus denique Mardonium manu monstrans: „Hic, inquit, vobis poenas dabit, quales illis pendi decet.“ Neque ea vox ad irridendos Lacedaemonios missa vana fuit; nam et gravi clade affectus est Mardonius apud Plataeas, et ipse in eo proelio fortissime dimicans cecidit ab Aïmnesto Spartiate nobili graviter ictus. 2) Et cladem instare barbaris unus e nobilibus Persis quasi divino instinctu Herodoto suspicatus esse videtur. 3) Quum enim Thersander Orchomenius apud Attaginum Thebanum una cum undequingenta aliis Thebanis et quinquaginta Persis illustrissimis epularetur, Persam quendam, cui in eodem lecto accubaret, multis cum lacrimis praedixisse et de iis, qui hoc loco coenarent, et de universo exercitu paulo post paucos reliquos fore. Ubi vero Orchomenius, nonne id ad imperatorem et ceteros Persarum duces deferendum esset, quaesivisset, illum respondisse, quod dei voluntate futurum esset, id hominem avertere non posse; eum vero gravissimum dolorem esse, si quis multarum rerum gnarus tamen nullius rei potestatem haberet. Non est, quod addam, scriptorem etiam hac narratione ea, quae de rerum divinarum et humanarum necessitudine sentiret, expressisse. Ac ne leviora quidem praetermittit, siquidem ad numinis divini in rebus humanis praesentiam significandam pertinent; nam diligenter notat, barbaris non contigisse, ut litarent, contra Graecis, et Mardonium contentis sacris minime secundis proelium commisisse, tum etiam Bacidis oraculo barbarorum cladem praedictam, denique pugnam acerrimam prope templum quoddam Cereris accensam esse, neque tamen quemquam barbarorum aut in eo caesum esse, quum in locis profanis admodum propinquis plurimi mortui jacerent; itaque deam eos recipere noluisse impietate inquinatos, quippe qui fanum Eleusinium combussissent. 4) Ac similiter eodem die in proelio Mycalensi prope templum Cereris Eleusinae dimicatum esse Herodoto memorabile esse videtur. 5) Gravius vero

1) VIII. 114. 2) IX. 64. 3) IX. 16. 4) IX. 41. 43. 57. 62. 65. 5) IX. 101.

est, quod quum utrumque proelium et Plataeense et Mycalense eodem die fieret, alterum vero mane, alterum tempore pomeridiano, rumores secundi de victoria apud Plataeas parta ante pugnam apud Mycalen initam per Graecorum exercitum in ora Asiae sparsi sunt.¹⁾ Quis vero neget, Graecorum animos ea re ad fortiter pugnandum mirifice confirmatos esse? Ac licet hoc loco intelligere, qualis sit ars historica Herodoti, si eum contuleris cum Diodoro Siculo; quum enim ille famam eam divinitus ortam esse dicat²⁾, hic Leotychidem Lacedaemoniorum ducem nuntium victoriae partae callide finxisse arguit.³⁾ Nuntium autem a deo allatum esse, id Herodotus etiam alio argumento probare studet, memorat enim, caduceum in mari prope littus fluctuantem conspectum esse; eujusnam caduceum? Mercurii videlicet deorum missu ventitantis ac res nuntiantis!

Quanta religione ac pietate Herodotus praecipuas operis sui partes composuerit, quantum ea virtus valuerit ad rerum memorabilium delectum satis mihi explicatum videtur; jam cetera quoque ita contemplemur, ut scriptoris indolem ac narrandi rationem investigantes, quaecunq; immodica sint, diis displicere eorumque potentia reprimi ac subverti, tum fati necessitatem a nullo mortali ne a deo quidem averti aut mutari posse probemus.

Ita quum scriptori sit persuasum, in iis rebus narrandis multus esse solet neque eas facile praetermittit, quibus numinis divini praecipua quaedam potentia appareat, quod omnia humana ad mediocritatem revocet et nullam injuriam non puniat. Ac lumina quaedam historiae Herodoteae esse quis negaverit ea, quae de Croeso et Polycrate memoriae prodita sunt? Iis egregie illustratur, quod saepissime ponit Herodotus, neminem mortalem perpetua florere felicitate usque ad vitae finem ac beatissimum quemque in mala incidere gravissima. Croesus a Solone viro sapientissimo frustra monitus, ne rebus secundis et opibus nimis confideret, statim ejus superbiae poenas solvit, quum ab Adrasto hospite invito filius regis optimae indolis adolescens jaculo temere in aprum misso occideretur, quamvis Croesus eam rem instare jam visu nocturno edoctus nihil praetermisisset, quo calamitatem illam averteret. Nec multo post, quum Cyri potentiam ac res in dies augeri nuntiatum esset, ut deos auctores haberet rei gerendae, oraculi Delphici, quod veracissimum esse cognoverat, consilio potissi-

1) IX. 100. 2) *Ἀγλα δὴ πολλοῖσι τεκμηρίοισι ἐστὶ τὰ θεῶν πραγμάτων.*
IX. 100. 3) Diod. Sic. XI. 35.

num utendum esse existimabat. Sed quum sua fortuna nimis confisus oraculi ambigui interpretationem maxime secundam amplexus esset, Cyro bellum intulit, sed duobus deinceps proeliis commissis ex altero inferior discessit ac denique regno privatus atque captus est. Hoc et cetera, quae huc pertinent, vel puerulis nota sufficit paucissimis verbis indicare, ut cognoscatur, Herodoto eam de Croeso narrationem potissimum placuisse, quae Graecorum rationi de rebus divinis et humanis sentiendi maxime conveniret. Itaque Croesus quamvis diis gratus instantem calamitatem nulla ratione effugere potest¹⁾, licet oraculis et prodigiis monitus diligenter ad eam rem animum omnesque cogitationes intenderit; sed ubi ad extremum malum redactus atque in rogo positus misere periturus erat, tum jam ex animo omni insolentia et immodestia ejecta res humanas omnes fluxas et caducas esse penitus sentienti ei denuo deus propitius adest et miraculo ex incendio rogi servatus esse traditur. Neque suae solum immodestiae poenas luit, sed etiam injuriae, qua auctor regni Mermnadarum Gyges olim rerum potitus erat²⁾. Ac praedixerat Pythia, poenas daturam genti Heraclidarum, qui antea regnaverant, quintam post Gygem stirpem, quam rem et Lydi et reges eorum prorsus neglexerant; at tamen ipsius oraculi Delphici responso³⁾ Mermnadarum regnum confirmatum erat, ut etiam fati necessitate aut dei voluntate ad eos translatum videri posset. Etiam si probabile esse judicetur, Solonem ad regem Croesum Sardes venisse, tamen, quae postea Croeso accidisse feruntur, tantis difficultatibus laborant⁴⁾, ut paene ad Solonis orationem confirmandam, si non prorsus ficta, tamen composita et accommodata esse videantur. Vix credi potest, Cyrum tanta immanitate fuisse, ut captivum regem nullius flagitii convictum igni cremaret, neque Herodoto satis constat, qua causa ductus Cyrus ultima poena Croesum afficere voluerit, et quae deinde cum Croeso egisse traditur rogo jam flagrante, ea longiora sunt, quam quibus in extrema illa necessitate tempus suffecerit. Et vehementer a moribus Persarum abhorrebat, igni, quem summo deo suo sacrum credebant, hominem ultimo supplicio dignum cremare; quid quod Herodotus ipse more Persarum extremae impietatis fuisse dicit, quod Cambyses Amasis mortui corpus comburi jussit?⁵⁾ Itaque ad eorum sententiam accesserim, qui Croesum, ubi regno orbatus se deos iratos habere cognovisset, semet ipsum iis ac maxime Apollini

¹⁾ I. 78. ²⁾ I. 8 sqq. ³⁾ I. 13. ⁴⁾ Duncker II. p. 530 sqq. ⁵⁾ III. 16.

— Sandoni Lydorum — devovisse, qua re eos placaret ac Lydis rursus propitios redderet¹⁾. Itaque probabile est, quod jam monui, ea, quae Herodotus de Croesi exitu tradidit, magis ad Graecorum animos quam ad barbarorum ingenia ac mores accommodata esse; attamen cave existimes, scriptorem hoc loco quidquam consulto finxisse, quem veri semper studiosissimum fuisse scimus, etiamsi causis non levibus inductus nonnunquam a vero aberraverit.

Suum quemque fatum excipere etiam gravius iis exprimitur, quae Herodotus de Polycratis rebus mire secundis et miserrimo exitu tradidit.²⁾ Eum praevидit Amasis Aegypti rex, quocum Polycrates amicitia ac foedere conjunctus erat, neque tamen fati necessitatem ille monitus ab Amasi effugit, postquam pretiosissimi annuli jactura facta deorum numini perpetuae hominum felicitati quasi invidentium satisfacere frustra conatus est. Probabile quidem est, Amasim et Polycratem inter se foedere junctos fuisse, quum uterque a crescentibus Persarum opibus sibi timeret, sed vix credibile est, etiam Amasi persuasum fuisse, quod saepius apud Herodotum legitur, deum invidum esse, neque pati, hominem nihil unquam adversi sentire³⁾, itaque verius statui videtur, fortunae vicissitudine Polycratis prorsus admirabili illud confirmari Graecos existimasse, quod vulgo crederetur, nemini mortali fortunam semper favere atque id ab Amasi monitum esse fama erat pervulgata, quippe qui diuturno regno rerum humanarum varietatem satis cognovisset. Veri similis videtur, quod Diodorus Siculus tradidit⁴⁾ Amasim virum sapientem Polycratem monuisse, ut injuriis in suos et in peregrinos saevire desineret ac sibi temperaret, superbam enim dominationem multorum malorum causam existere. Neque Polycrates culpa vacuus periit; auri enim nefaria cupidine quamvis monitus, ne homini peregrino et parum cognito salutem suam committeret, accenditur, itaque quum ceterarum rerum immemor et hoc unum agens, ut divitiis immensis, quas Oroetae satrapis esse putabat, potiretur, hujus fraudem non suspicaretur, scelestis insidiis irretitus miserrime exstinctus est. Neque Oroetes⁵⁾ homo flagitiosus poenam effugit, nam quum adversus Darium in regno constitutum seditiosa et infesta ageret, regis jussu ab ipsius satellitibus obruncatus est.

Hujus scriptionis non esse videtur, exponere, quanta arte Herodotus res Graecorum ac maxime Lacedaemoniorum et Atheniensium vetustiores ei parti

1) cf. Duncker II. p. 539 sqq. 2) III. 39 sqq. 121 sqq. 3) III. 40. τὸ θεῖον ἐπισταμένῃ ὡς ἔστι φθονερόν. 4) I. 95. cf. Duncker IV. p. 514. 5) III. 127. 128.

operis sui, qua quasi summa totius continetur, addiderit et inseruerit, ut quasi pulchri corporis membra decora esse videantur, verum tamen ea non plane praetermittenda sunt, quae ad Herodoti opinionem de rerum divinarum et humanarum ratione pertineant.

Lacedaemonios plurimum tribuisse oraculi Delphici responsis satis constat et ad eorum originem et sedes primas referendum esse videtur. Quare nihil est, cur pluribus disseratur, quantum valuerint oracula ad bellum adversus Tegeatas¹⁾ aut suscipiendum aut gerendum; id modo animadversum velim, similem oraculi ambiguitatem, quam in rebus Croesi notavimus, hac in re deprehendi, item Lacedaemonios, quum verba oraculi sibi secunda esse interpretati essent, expeditione adversus Tegeatas suscepta rem pessime gessisse et ipsos Lacedaemonios captivos id infortunium habuisse, quod se hostibus illaturos speraverant. Tum vero, ut mala effugerent, Lacedaemonii iterum consuluerunt Pythiam, quomodo bello superiores fierent et quum oraculi responso jussi Orestis ossa in sua terra condere, nullo modo ea reperire possent, novo oraculo accepto obscuritate ejus valde laborabant, quam ut illustraret, vix civis cujusdam sapientiae fortuna adjutrice contigit. Tum Lacedaemonii, quum quod Pythia jusserat, fecissent, bello jam superiores maximam Peloponnesi partem²⁾ suae dicionis fecerunt. — Neque tamen Herodotus, quod est in eo veritatis studium, dissimulat, si quando divina adulterantur hominum pravis cupiditatibus immixtis, velut³⁾ quum Sparta contentio orta esset, num Demaratus vere Aristone patre natus esset, Cleomenes alter Spartanorum rex Cobonis viri Delphis illustrissimi opera usus Pythiae persuasit, ut Demaratum Aristone patre genitum esse negaret. Itaque Demaratus regno est exutus, cui injuriae Leotychides, qui ei rex successerat, contumeliae dolorem adjecit, quo ille adeo est commotus, ut clam in exilium abiret ac denique ad Persarum regem venit, quare id explicatur, quod Demaratus ludibrio dolens quasi divinaverat, eam rem Lacedaemoniis aut innumerabilium malorum aut bonorum principium fore. Quam poenam Cleomenes persolverit, mox dicetur, sed ne Leotychides quidem contumeliam istam acerbam impune tulit, nam quum Lacedaemoniorum exercitum in Thessaliam duxisset et pecunia corruptus rem minus prospere gessisset, dies ei est dicta; quare, ne damnatus poenam subiret, Tegeam secessit, ubi exsul diem supremum obiit.⁴⁾ Cleomenes autem mente alienata foedissimam necem ipse sibi conscivit; nam

1) I. 66. 2) I. 68. extr. 3) VI. 61 sqq. 4) VI. 72.

propter vesaniam in custodiam datus a servo custode cultrum poposcit; quo accepto crura et ventrem in se ipsum saeviens dissecuit. Cujus rei causae ab aliis auctoribus aliae allatae sunt; sed in eo omnes consentiunt,¹⁾ eum impietatis poenas luisse, quia aut Pythiae persuasisset, ut suis inimicitiis serviret, aut sacrum Cereris lucum apud Eleusinem excidisset, aut denique quod supplices Argivorum, qui in nemus Argo heroi sacrum confugerant, partim per fraudem eductos necaverat, partim cum ipso luco combusserat. Qui, quae Herodotus de Cleomene tradidit, diligentius perpenderit, is intelliget, nihil magis idoneum esse ad indolem scriptoris atque artem historicam cognoscendam; nam et accurate notat, quantopere inter se discrepent Lacedaemonii, Athenienses, Argivi, ceteri Graeci, qua causa Cleomenes mente alienatus sit explicantes neque tamen, quum divinitus immissam esse eam vecordiam credat, praetermittit narrare, quod prorsus naturae viribus eum furorem effectum esse comprobet; nam Scytharum²⁾, qui legati Spartam venerant, consuetudine Cleomenem eo adductum esse, ut merum potaret itaque mentis sanitatem corrumperet, praesertim qui jam suoapte ingenio fervidior et iracundior esset. Illud vero Herodoto minime dubium esse videtur, quin Cleomenes foede periens injuriae Demarato illatae poenam luerit. Itaque ne scriptor causis ex ipsa rerum natura petitis acquiesceret, ipsius religione ac pietate factum esse videtur. Quid nonne idem narrat Aeginetarum optimates scelus commisisse inexpiabile, quum septingentos captivos de popularibus, ex iis unum a Cereris templo atrociter abstractum supplicio affecissent?³⁾ Et cum hoc consentit, quod Alyattes Lydiae rex Minervae fano incenso gravi morbo implicatur neque prius convaluisse fertur, quam duo fana aedificasset.⁴⁾

Omnino hoc scriptori penitus persuasum est, homines quidquid impie aut inique atque injuste fecerint, ejus poenam raro vel nunquam effugere. Itaque etiam Histiaeus et Aristagoras, quamquam Graecos a barbarorum imperio item injusto liberaturi erant, tamen rem susceptam haud prospere gesserunt ac denique misere perierunt, quoniam non communi popularium saluti consulentes, sed sui tantum commodi memores rebellaverant.⁵⁾ Quis vero Miltiade melius meruit de libertate Atheniensium et universae Graeciae? Nam hujus praecipue viri consilio ac studio factum est, ut Athenienses quamvis numero longe in-

¹⁾ VI. 75. ²⁾ VI. 84. ³⁾ VI. 91. cf. Grote Gesch. Griech. übers. von Meißner. III. p. 40. 41. ⁴⁾ I. 19. sqq. ⁵⁾ V. 35. 124. VI. 30.

feriores cum barbaris in campo Marathonio configere mallent, quam eorum potentiae cedere.¹⁾ Ita quum Graecorum libertas a barbaris ingruentibus vindicata esset, Miltiades jam Atheniensium potentissimus expeditionem adversus Parios ceterasque Aegaei maris insulas, quae cum barbaris fecerant, suscepit specie quidem, ut eas ulcisceretur, re vera, ut magnis pecuniis inde exactis Athenienses auferentur.²⁾ Quid quod Herodotus addit, Miltiadem Pariis bellum intulisse privatae cujusdam injuriae poenas repetiturus? Praeterea³⁾ templi Cereris religionem Miltiades violasse traditur, nam quum templi maceriam transiret, id quod fas non erat, aut femur extortum, aut genu alterum sauciatum est. Inde aeger, quia vehementer laborabat, urbem Pariorum expugnare non potuit et re infecta domum rediit. Ibi fraudis accusatus et quinquaginta talentis multatus ac paulo post cruris morbo absumtus est. Ac praeterea diligenter memorat scriptor, oraculum Pariis de femina sacerdote punienda consulentibus respondisse, non deae ministram, quae viro arcana, quae fas non esset, prodidisset, ejus rei culpam sustinere, sed Miltiadi fatale fuisse, miserum vitae exitum habere, quare sacerdotem ei auctorem fuisse, nefas patrandi.⁴⁾ At Corn. Nepos nihil ad deos referens Miltiadem ideo obsidionem omisisse tradit reque infecta domum rediisse, quia flammam subito in continente excitatam conspiciatus in opinionem venisset, classem Persarum adventare idque signum a classiariis regiis datum, et paulo post addit, Miltiadem aegrum fuisse vulneribus, quae in oppugnando oppido accepisset. Itaque hac quoque re facile intelligitur, quantum Herodoti religio maxime in causis rerum gestarum explicandis valeat; etsi vero, quid historicum deceat, non immemor annotat, quae de violatis Cereris sacris et femore aut crure saucio tradita sint, ea a Pariis solis narrari, tamen haud obscure indicat, probari sibi potissimum poenam a diis constitutam. Quin etiam capitis damnassent Miltiadem Athenienses, nisi beneficiorum ejus memoria commoti leniora maluissent, neque enim solum victoria Marathonica illustratus erat, sed etiam Lemno insula sub dicionem Atheniensium redacta. Quod quomodo gestum sit, diligenter narrat Herodotus⁵⁾ hac occasione oblata atque in hac quoque re, quaecumque ad numinis divini res humanas temperantis potentiam pertinent, accurate proponit. Nam Pelasgi ex Attica expulsi et jam Lemnum incolentes, ut eam injuriam ulciscerentur, mulieres Athenienses

¹⁾ VI. 109. ²⁾ VI. 132 sqq. ³⁾ VI. 133. ⁴⁾ VI. 135. ἀλλὰ δεῖν γὰρ Μιλτιάδεα τελευτᾶν μὴ εἶ, φανῆναί οἱ τῶν κακῶν κατηγεμόνα. ⁵⁾ VI. 137 sqq.

Quantum Herodoti religio ac pietas valuerit in historia scribenda.

Discipuli carissimi!

Interpretanti mihi apud vos Herodoti historias saepenumero plane admirabile visum est quum totius operis consilium, tum singularum partium tanta varietate insignium ad universum apta conformatio. Postquam enim scriptor initio¹⁾ historiae pronuntiavit, sibi propositum esse, sua scriptione rerum memoriae consulere, ne ob temporis longinquitatem oblivione obruerentur, quae aut a Graecis aut a barbaris praeclare gesta essent, imprimis vero, quibus causis inter eos bellatum esset, paucis absolvit, quae injuriae utrimque illatae antiquissimorum temporum fabulis memorentur historiae fide haudquaquam satis confirmatis; quum vero pluribus de rebus Lydorum agat, Croesi regnum omnium maxime memorabile judicat, quippe qui barbarorum²⁾ primus Graecas civitates Asiae perdomitas vectigales fecerit. Sed quoniam summa prosperitas regni Lydorum subito oppressa est nascentis Persarum imperii viribus, jam Herodotus ea narrare orditur, quibus universi operis quasi summa et consilium continetur; quid enim aetas illa unquam admirabilius aut majus viderat, quam Persarum dominationem, quae per Asiam, Africam, Europam, omnino per omnem fere terrarum orbem propagata vix jam diis immortalibus cedere et ipsius Jovis summi dei imperium attingere videbatur?

¹⁾ I. 1.

²⁾ I., 6. 26. 27.

Dianae sacris operatas per insidias rapuerunt et ex pellicibus iis liberos susceperunt. Qui quum pueris Pelasgico genere ortis longo praestarent viribus patres sibi timentes immane facinus ausi et pueros Atticae originis et matres eorum necaverunt. Quo piaculo commisso neque agri fructum ferebant, neque pecora aut mulieres partus, ut antea, edebant. Ea calamitate laborantes quum oraculum consulissent et jussi essent ex Atheniensibus quaerere, qua re iis satisfacerent et nefas expiarent, illi insulam sibi tradi voluerunt. Id quasi cavillantes Lemnii se in deditionem eorum venturos dixerunt, si aquilone navis Atheniensium domo profecta ad insulam suam appulisset, id quod fieri non posse opinabantur, quia aquilo adversus est ab Attica Lemnum proficiscentibus. Sed suis ipsorum verbis capti sunt, ut et oraculi auctoritate et Miliadis armis se dedere cogerentur, qui a Chersoneso tum Atheniensibus subdita ad insulam pervenerat.

Neque solum in iis narrandis, quae plurimum valuerunt ad universum hominum genus aut populum aliquem sospitandum aut calamitatibus affligendum et immergendum diligens ac multus est Herodotus, sed ne leviora quidem praetermittit, dummodo ad doctrinam suam probandam et confirmandam aliquid conferant. Nam quod locis nonnullis profitetur, iniquissimum quodque facinus gravissimis poenis vindicari¹⁾, neque qui injuriam intulerit poenam non luere²⁾, id etiam singulorum hominum rebus vel privatis probari persuasum habet. Itaque ut homines a perfidia ac perjurio absterreantur regem Leolychidem narrantem facit³⁾, quam gravem poenam dii a Glaucō Spartano repetierint. Exemplo enim allato non oratione in universum habita Athenienses commovere studet, ut obsides Aeginetarum reddant. Glaucus igitur Milesii alicujus hospitis pecunias apud se depositas habebat eo pacto, ut liberis illius tessera monstrata redderet. Qui quum aliquanto post patris discessum Spartam venissent ac depositum reposcerent, ille se quidquam accepisse tum maxime recordari negavit, quarto autem mense si denuo requirerent, id quod tum dixisset, ratum fore. Interim vero Apollinem consuluit, num liceret, pecuniam commissam intervertere. Id deus lucrosum quidem in praesens fore judicavit, postea vero funestissimum, universam enim domum perjuri hominis extinguere; contra qui fidei sanctitatem nunquam violasset, ejus stirpem postea etiam magis florere. Ita-

1) II. 128 extr. 2) V. 56. *οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει.* 3) VI. 86.

que quamvis Glaucus deprecatus a deo veniam petiisset, tamen evenit, quod deus minitatus erat, nam perinde impium esse Pythia pronuntiavit postulare a deo, ut improba consilia auctoritate sua adjuvaret, atque improbe facere. Exstincta est igitur universa Glauci domus, qua re homines discerent, eum, qui improba aut impia voluisset, deos non minus iratos habere, quam qui fecisset.

Simile quid expressum videmus iis, quae de Pactye Lydo Herodotus tradidit.¹⁾ Lydorum enim adversus Cyrum regem rebellione oppressa Pactyes, quo duce rebellaverant, ad Cymaeos confugit. Is ut dederetur, quum Persae postularent, Cymaei oraculum Branchidarum in agro Milesio situm interrogarunt, num supplicem dedendus esset; ac iussit deus eum dedere, non quo supplicum jus contemneret, sed quo citius perirent, qui impie fecissent, neve postea de re improba et impia consulerent deum.²⁾

Neque alia causa ductus, nisi ut improbitati et injuriis suam cuique poenam divinitus constitutam esse appareret, Herodotus tradidit, quanta mortis foeditate Pheretime Cyrenaeorum regina immanitatis poenam luerit.³⁾ Barcaeos enim, quod filium ipsius Arcesilaum saevum tyrannum occiderant, punitura exercitum Persarum ex Aegypto adduxit; tum Barce urbe per turpissimam proditorem capta omnes viros sibi filioque inimicos crucibus in muro affixit mammisque uxorum resectis moenia quasi distinxit. Tum vero regina cum Persis in Aegyptum profecta foedo morbo exstincta est; vermibus enim viva est referta ac denique periit. Est hic locus illustrissimus, quo scriptor hanc animi sui sententiam exemplo illo probatam proposuit: Qui nimis graviter ulciscitur, is deorum invidiam subit.⁴⁾ Quid jam pluribus disseram de Hermotimi eunuchi saeva ultione, quae quomodo facta sit, satis multis explicat Herodotus⁵⁾, modo animadvertantur verba illa, quibus Panionium, a quo foedissime mutilatus erat, increpuit: Tu putabas, deos nescire, quae faceres sceleratissime; sed te teterrimum facinus ausum jam in potestatem meam tradiderunt, ut nequitiae poenas persolveres.

His exemplis quamquam jam satis explicatum videtur, quid scriptori de injuriis et impietate hominum visum sit, tamen pauca memorabilia addam. Scy-

1) I. 157. 2) *Ναὶ κελεύω, ἵνα γε ἀσεβήσαντες θάσσον ἀπόλησθε, ὡς μὴ τὸ λοιπὸν περὶ ἐκείτων ἐκδόσιος ἔλθῃτε ἐπὶ τὸ χρηστῆριον.* I. 159. 3) IV. 164. 165. 202 sqq. 4) *ὡς ἄρα ἀνθρώποισι αἱ λίην ἰσχυραὶ τιμωρίαι πρὸς θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται* IV. 205. 5) VIII. 105 sqq.

thae¹⁾, qui Ascalone Veneris Uraniae templum expilaverant, muliebri morbo, qui dicebatur, affecti sunt. Nitocris regina fratris necem immaniter ulta ipsa sibi mortem conscivit.²⁾ Pheron Aegypti rex adversus Nilum fluvium, qui sacer esse credebatur, impietate usus oculorum luminibus aliquamdiu caruit.³⁾ Apries ab Amasi regno privatur, cujus spiritus tanti fuisse traduntur, ut ne deum quidem sibi regnum eripere posse putaret.⁴⁾ Quid quod Herodoto dii nonnunquam homines tentare videntur, num pietatem ac justitiam colant? Sabaconi in Aegypto regnanti per somnium viri speciem oblatam suasisse tradit, ut sacerdotes medios dissecaret; at ille intellexit, perniciem a diis sibi intentari, si visu nocturno inductus rem nefariam perpetrasset.⁵⁾ Ephialtes patriae proditor ab Athenade Trachinio occisus est, quem ideo honore affecerunt Lacedaemonii.⁶⁾ Quin etiam bellum Trojanum inde ortum esse explicat scriptor; neque enim Helena rapta Graecos mulierem repetentes fidem habuisse Trojanis negantibus apud se illam versari; itaque quamvis verum dixissent Trojani et Helena a rege Aegypti Proteo retineretur, urbem expugnatam esse existimat, ut hominibus planum fiat, magnae cujusque injuriae poenas magnas pendi.⁷⁾ Atque ut tanquam illustri loco poneretur monumentum numinis divini omne nefas vindicantis, in extremo opere narravit, quid accidisset Artayctae Persae homini imprimis nefario et impio.⁸⁾ Is enim rege Xerxe decepto Protesilai herois fanum, quod erat Elaeunte in Chersoneso Thraciae, expilaverat, quasi hosti Persarum cladem afferret, et ipsum delubrum teterrimo flagitio polluerat. Jam proelio apud Mycalen commisso Athenienses Xanthippo duce Sestum, quo Artayctes opes suas contulerat, obsidione clausurunt ac denique oppidanos omnium rerum inopia et extrema fame ita vexarunt, ut Persae ex loco munito clam aufugerent; sed pars eorum, in quibus Artayctes erat, in fuga comprehensa et Sestum reducta est. Tum Herodotus diligenter notat, quo prodigio Artayctae satis perspicuo indicatum sit, deos non immemores esse mortui herois Protesilai et contumeliam ei illatam ulturos. Itaque quamquam Artayctes magna pecunia se heroi satisfacturum pollicitus erat et ingenti pretio et filium et se ipsum redempturum, tamen palo affixus in ora, ubi Xerxes Hellespontum ponte junxerat, misere periit, filius vero in conspectu ejus lapidibus coopertus est.

1) I. 105. 2) II. 400. 3) II. 111. 4) II. 169. 5) II. 139. 6) VII. 213. 7) II. 113 sqq. τοῦ δαιμονίου παρασκευάζοντος, ὅπως πανωλεθρῆ ἀπολόμενοι καταφανές τοῦτο τοῖσι ἀνθρώποισι ποιήσωσι, ὡς τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλοι εἰσὶ καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τῶν θεῶν. II. 120. 8) IX. 116.

Sed non solum injuriarum et flagitiorum poenis scriptor justitiam et pietatem commendat, sed etiam piorum et justorum hominum exemplis propositis. Jam supra diximus Croeso deos rursus propitios fuisse, postquam in extrema calamitate destitutus omnem animi vanitatem ac superbiam exuisset. Idem prorsus mira ratione conservatus jam sapientia et modestia insignis Cyro et Cambysi omnis quasi sanitatis consiliorum auctor adest. Quid multis de Batto Theraeo¹⁾ disseram, qui prope invitus ac suis rebus diffidens oraculi monitu coloniam in Africam deduxit et Cyrenen condidit? Erat autem Battus natus patre quidem Theraeo satis nobili, matre vero pellice et lingua balbutiens, quo magis appareret, deos ei adesse propitios. Arionem vero Melhymnaeum deorum ope conservatum esse, nemo nescit. Herodotus²⁾ quidem referre non dubitavit fabulam illam, quae vulgo tradebatur, ut homines diis gratos vel in gravissima pericula commissos incolumes evadere insigni cognosceretur documento; ac monumentum ejus rei etiamsi non diserte dicit, tamen exstare ei videtur hominis insidentis delphino in Taenaro monte exstructum. Non quaerit Herodotus, quam originem ea fabula habuerit; neque negaverim, Arionem navigatione graviter periclitatum signum illud diis sacrum faciendum curasse, quo gratum erga deos animum significaret; nam Graecis usitatum erat, mare tranquillum illius bestiae specie indicare³⁾, quod animal quum praeterea cantus amans esse vulgo crederetur, haud absurdum esse videbatur, delphinum suavissimo Arionis cantu commotum et quasi divinitus missum vatem pium tergo suo sustulisse. Nec minus admirabile est, quod Sethon Aegypti rex, idem Vulcani sacerdos precibus ad deum in delubro factis salutem impetrasse fertur.⁴⁾ Nam quum, is ingentibus Assyriorum et Arabum copiis premeretur neque a militari ordine civium suorum alienato satis adjuvaretur, Vulcanus ipse in somnis oblatu eum consolatus est, se auxilia missurum. Ac maxima murium agrestium vis in castra hostium noctu immissa arcus et pharetras et scuta corrosit; quo facto inermes hostes postero die fugerunt et multi in fuga occisi sunt, Sethonis autem statua ejus rei monumentum in Vulcani templo posita altera manu murem tenuit et hunc habuit titulum: „Quicumque me intuetur, pius esto.“

Neque Lycurgus rempublicam Lacedaemoniorum pessimis legibus laborantem⁵⁾

¹⁾ IV. 154 sqq. ²⁾ I. 23. 24. ³⁾ Duncker IV. p. 23. ⁴⁾ II. 141. ⁵⁾ I. 65. οἱ Λακεδαιμόνιοι κακονομώτατοι ἦσαν σχεδὸν πάντων Ἑλλήνων.

sapientissime restituisset aut optimis legibus temperasset, nisi Apollinis Delphici auctoritate mirifice adjutus esset. De Cyro et Dario quoniam jam alio loco disputavi non est, cur denuo memorem, quam propitios senserint deos, quum regno potirentur. Neque Graecos barbarorum ingentes copias propulsaturos fuisse, nisi deos adjuutores habuissent, jam satis explicatum est. Ac videntur dii propterea Graecis favere, quia ab omni modestia vel etiam ab humanitate abhorret, mortalem quempiam permultis hominum millibus prorsus arbitrato suo nulla lege circumscriptum imperare, Graeci vero ac maxime Athenienses, quum libertate uterentur et ea reipublicae forma, qua cives aequo inter se jure viverent, ab omni immodestia longissime aberant ac diis maxime placebant. Itaque Herodotus liberam rempublicam optimam esse censet idque compluribus locis ingenue profitetur, ea virtutes gigni, libertatem rem esse magni faciendam¹⁾; velut Athenienses, dum dominis parent, nulli finitimarum civitatum potentia praestitisse, liberatos vero tyrannorum dominatione multo meliores bello exstitisse, quoniam sibi quisque non tyranno boni aliquid parere studeret. Neque Lacedaemonios²⁾ fugit, libertatem salutarem esse, qua civitatum vires egregie auferentur; itaque ne sibi ab Atheniensibus infesta fierent timentes aegre ferebant, quod Athenas ab oraculo jussi liberaverant, praesertim quum comperissent, Pythiam ab Alcmaeonidis corruptam identidem se hortatam esse, ut Pisistratidas Athenis expellerent. Quam ob rem id agentes, ut tyrannos reducerent, Peloponnesiorum concilio convocato suaserunt, ut omnium viribus conjunctis et expeditione facta Athenienses pristinos dominos recipere cogerentur. At Sosicles Corinthius dominatu nihil injustius aut detestabilius esse ostendit idque, ut solet Herodotus, exemplo adhibito. Narrat enim Sosicles, qua ratione factum sit, ut Cypselus Bacchiadis victis, penes quos tum summa rerum erat, dominationem occuparet, et quam injusti vel etiam immanes et Cypselus et Periander filius in republica gerenda exstiterint. Sed quum Aristoteles³⁾ tradiderit, Cypselum multitudini gratum fuisse, neque unquam satellitum custodia usum esse, Periandrum superbe quidem imperitasse, at virum bello egregium exstitisse, satis causae esse videtur, cur Sosiclem apud Herodotum de tyrannorum stirpe Cypseli invidiosius dixisse statuamus et Herodotum eam narrationem ab optimatibus dominorum odio accensis compositam amplexum esse, quia animo ejus aequi ac justii studioso maxime conveniret; in quodvis enim immanitatis genus facillime degenerare, quicumque

¹⁾ ἰσηγορίη ὡς ἔστι χροῖμα σπουδαῖον. V. 78. ²⁾ V. 90. 91. ³⁾ Polit. V. 9. 22.

supra ceteros homines elatus legum ac poenae metu non coerceretur. In iis autem, quae Sosiclem narrantem facit Herodotus etiam aliud memorabile est et ad mentem scriptoris cognoscendam multum confert. Tradit enim ille, quam admirabili ratione Cypselus, cui infanti Bacchiadae oraculis perterrefacti insidiabantur, conservatus sit idque ei divinitus accidisse videtur, quod ut exprimat, utitur verbis: *θείη τύχη* atque aliis etiam locis compluribus aut eadem aut similia verba leguntur; nam ut pauca afferam, lib. I. cap. CXXVI. Cyrus *θείη τύχη* sibi natus esse videtur; ejusdem libri c. CXI. legimus, pastoris regii uxorem eodem die, quo Cyrus infans afferretur, partum edidisse infelicem *κατὰ δαίμονα*; Syloson amiculum suum purpureum Dario donavit aptis verbis adjectis *θείη τύχη χραιώμενος*¹⁾; Zopyro denique Babylon expugnari posse videtur, quia et Babylonius ludibrium jactaverit et mula pepererit *σὺν θεῷ*.²⁾ Cypselus igitur, ut jam ad eum redeam, quum traditus esset a matre inscia uni ex iis, qui missi erant ad puerum necandum, ei arrisit *θείη τύχη*, qua re ita commotus est ejus animus, ut immane facinus perpetrare non sustineret et ceteris similiter animo affectis re infecta omnes discedunt; paulo post vero, ubi inter se objurgarunt ac redierunt, ut puerum necarent, is jam a matre abditus non est inventus; Bacchiadae igitur, quod voluerant, non perfecerunt, nam *ἔδει ἐκ τοῦ Ἡετίωνος γόνου Κορίνθα κατὰ ἀναβλαστειν*, quibus verbis fati necessitas significatur, quae ut hominum viribus avertatur, tantum abest, ut homines iis ipsis, quae contra agere sibi videantur, necessitatem illam inscii adjuvent. Ea, quae fato constant neque immutari aut averti possunt, Herodotus saepissime verbis *δεῖ* et *χρή* significat.³⁾ Quum quod aut dei voluntate, aut fati necessitate constitutum sit, ab homine mortali neque mutari neque averti possit, tamen aliquid interesse inter ea, quae divinitus et quae fato constant, facile intelligitur; velut Cypselus infans *θείη τύχη* ridet et conservatur, verum oportuit (*ἔδει*) mala oriri e prole Eëtionis ac similiter ceteris omnibus locis, quaecunque ad deos auctores referuntur *θείη τύχη* ac similibus vocibus, ea secunda sunt, contra quodcunque verbo *δεῖν* sive *χρηναί* fatale esse significatur, id in malis habendum. Praeterea fato major quaedam potentia tribuitur, quam deo, nam illi ne dii quidem resistere posse dicuntur⁴⁾, quin etiam plerumque, quod fato placuit, exsequi videntur; vix semel efficitur dei opera, ut fatali necessitati, quae homini instat,

1) III. 139. 2) III. 153. 3) I. 8. II. 161. IV. 79. V. 92. VI. 64. VIII. 54. IX. 109.

4) I. 91.

mora quaedam interponatur, prorsus tolli illa nunquam potest. Denique etiam, quae futura sunt fato cogente, ea hominibus saepius non solum oraculorum responsis itaque diis quasi ministris praedicuntur, sed etiam prodigiis et casibus plane insolitis atque diris portenduntur, velut quo tempore Persae Datide et Artapherne ducibus ab insula Delo navibus discedebant, ea mota est¹⁾, quod quum nunquam neque antea neque postea accidisset, eo Graecis calamitates plurimae et gravissimae tum bellis Persarum, tum Lacedaemoniorum cum Atheniensibus illatae portendi visae sunt. Et cladem Chiis instare²⁾ praemonuit deus duplici calamitate; nam de choro centum juvenum, quos Chii Delphos miserant, duo tantum redierunt, ceteri omnes lue oppressi in itinere perierunt; et domus tectum, in qua ludus erat, incidit iis, qui ibi erudiebantur, ut e centum et viginti pueris unus modo vivus evaderet. Quod vero Herodotus hoc loco id se observasse dicit, solere deum portendere magna mala urbi aut populo futura, id quomodo e rerum natura repetendum et explicandum sit, haud facile dixeris.

Jam postquam eas operis Herodotei partes, quibus potissimum scriptoris religio ac pietas expressae esse videbantur, perlustravimus, haud alienum esse videtur, quae adhuc disputavimus, brevi comprehensa quasi in conspectu ponere. Ac primum quidem res humanas non temere aut caeco quodam impetu ferri, sed immortalis quadam vi dirigi, Herodoti constare videtur; eam vim aut deorum immortalium aut fati esse, quum dii plerumque quidem bona hominibus tribuant, sed nolint, quemquam mortalem perpetua florere felicitate, imo homines, donec in hac vita maneant, fortunae volubilitatem sentire; fati vero potentiam fere calamitate aliqua insigni, qua civitates aut populi affligantur, conspicuam fieri, cujus fati necessitati quin etiam dii pareant fieri non posse. Numen deorum ita in rebus humanis versans omnia humana, quae nimia sint, ad mediocritatem aut tenuitatem revocare, quare etiam invidia quaedam ei tribuitur³⁾, quippe qua efficiatur, ne quis mortalis eadem semper utatur fortuna sive secunda sive adversa maxime vero, ne quis ceteris hominibus nimis praestet opibus cujusvis generis ac potentia, neve ita se diis prope aequari opinetur. Itaque quum hominum vita brevissima et fortunae varietati ita maxime obnoxia sit, ut quis-

1) VI. 98. 2) VI. 27. 3) III. 40. ἐμοὶ δὲ αἱ μεγάλαι εὐτυχίαι οὐκ ἀρέσκουσι τὸ θεῖον ἐπισταμένῳ, ὡς ἔστι φθονερόν. VII. 46. ὁ δὲ θεὸς γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα φθονερός ἐν αὐτῷ εὐρίσκεται ἑών.

que maxime fortunae beneficio elatus esse videtur, eam Herodotus miseram esse censet, cujus rei testem habemus primum Xerxem¹⁾, qui illacrimasse fertur tot millium hominum sorti apud Abydum congregatorum, tum Artabanum cum Xerxe colloquentem atque commiserantem vitae humanae brevitatem, eandem fortunae vicissitudini subjectam, quae tanta sit, ut denique homini morte nihil sit optabilius, quae e laborum et miseriarum mole quam celerrime aufugiat. Denique Trausorum²⁾ mos commemoratur, qui quidem mirus esse videtur, quum recens natos homines lugeant, mortuos laeti et gratulabundi sepeliant, at haud multum ab eo discrepat, quod Herodoto de vitae humanae conditione videbatur. Et consentiunt cum eo praestantissimi Graecorum poetae velut Homerus et Sophocles, quorum alter mortales identidem vocat *δειλούς*, quin etiam negat, quidquam in terris miserius esse³⁾, idemque expressit imprimis Achillis sorte, cui fatale est, gravissimo dolore e Patrocli viri amicissimi nece suscepto eam ita ulcisci, ut paulo post et ipse exstinguatur; acerbissime lamentatur mater Thetis⁴⁾, quod filius carissimus nunquam domum rediturus sit et dum in hujus vitae luce versetur, semper aegritudine ac doloribus afficiatur, ipsa vero ei opem ferre nequeat. Quis similem tristitiam in Sophoclis animo inesse neget, qui quidem vitam hominum tanquam umbram et somnium quoddam ab eo dici non ignorat?⁵⁾ quis non et Artabanum apud Herodotum et Sophoclem idem fere sentire concedat, quum locos illos nobiles legerit⁶⁾, beatum sibi videri mortalem, dum vana quadam opinione deceptus sit, et optimum esse, aut omnino non nasci, aut ubi natus sit, quam primum rursus exstingui? Omnino igitur optimus quisque Graecorum ita sensisse videtur, ut vitam humanam innumeris casibus et multiplici miseriae obnoxiam contemplatus a deo invidio hominum genus prohiberi existimaret, ne unquam felicitate frueretur nullis malis turbata. At vero, quum quicumque semper sibi temperet neque unquam religionem ac metum deorum negligat, se graviorum calamitatum expertem fore confidere possit, idque Herodoto persuasum fuerit, historiae suae rationem eam esse voluit, ut illud, quod supra expressimus, verum esse, altissime in legentium animos descenderet. Itaque non solum res civitatum, quas opere suo amplexus est, ita narravit, ut nullis injuriis plurima ac saepe gravissima mala non gigni appareret, sed etiam ea, quae hominibus privatis vel singulis

1) VII. 45. 46. 2) V. 4. 3) II. XVII. 446. 4) II. XVIII. 52 sqq. 5) Ajax 125. Ed. Schneidew. 6) Oed. Tyr. 118. Oed. Col. 1225.

accidissent, nonnunquam memoriae prodidit, dummodo insigni essent documento, nūmēn aliquod rebus humanis interesse et deum cujusque injuriae et flagitii aut ipsum vindicem existere aut hominum opera ad ea puniēda uti. Itaque Herodotum historia sua religionem ac pietatem erga deos, tum modestiam et justitiam erga homines gravissime commendari voluisse satis probasse mihi videor, neque tamen scriptor, quum ea ratione opus suum componeret, rerum gestarum naturam ac rationem corrupisse aut aliena iis immiscuisse, sed eam integram assecutus esse sibi visus est.

Scrīpsi mense Julio a. MDCCCLXI.

J. Fechner.

VII 45 46 V. 4. H. XVII 446. H. XVII 52. 412. 133. Ed. Schneidew. Ged. 171. 118. Ged. Col. 1333.

Gemüthsleben und Gemüthsbildung.

V o r w o r t.

Die folgende Abhandlung gehört zu den Vorlesungen, welche im letzten Winter von mir und meinen Herrn Collegen zum Besten unserer Wittwenstiftung gehalten wurden. Es ist damals von mehreren Seiten der Wunsch ausgesprochen worden, daß ich sie dem Drucke übergeben möchte und ich willfahre diesem Wunsche jetzt um so bereitwilliger, da die Lehre von dem Gemüthsleben in den mir bekannten Psychologicen noch keineswegs mit derjenigen Klarheit und Gründlichkeit behandelt worden ist, die dieser Gegenstand namentlich um der Erziehung willen in so hohem Maasse verdient. Mehrere von den Hauptgedanken, die sich in dieser Vorlesung finden, habe ich schon in einer Abhandlung über das Gemüth, die in der von K. A. Schmidt herausgegebenen Encyclopädie der pädagogischen Wissenschaften mitgetheilt ist, ausgesprochen, doch sind sie in der vorliegenden Vorlesung fester begründet, ausführlicher entwickelt und besonders auch durch Beispiele erläutert und veranschaulicht, so daß sie jetzt, wie ich hoffe und wünsche, auch dem Verständniß der Schüler der ersten Classe nahe liegen und von Nutzen sein können. Indem ich aber diese Vorlesung zu der Abhandlung des Herrn Professor Fechner hinzufüge, wird der wissenschaftliche Theil des Programms so umfangreich, daß ich mich genöthigt sehe, die sonst übliche Mittheilung des Lehrplans für diesmal wegzulassen, was um so unbedenklicher geschehen kann, da der diesjährige Lehrplan von dem vorjährigen sich nur in unwesentlichen Punkten unterscheidet.

Deinhardt.

Der sinnige Mensch kann schon in ein heiliges Erstaunen versetzt werden, wenn er das äußere Universum mit Aufmerksamkeit betrachtet. Welch' ein großes und wunderbares Schauspiel bietet sich ihm hier dar! Welche Fülle, welche Mannigfaltigkeit, welche Zweck-

At quidquam humani sibi aequiparari dii nolunt et quidquid fines suos a natura constitutos egreditur, id reprimunt ac de fastigio potentiae immodicae dejiciunt. Quid mirum igitur, deorum numini displicuisse ingentem barbarorum potentiam, qua illi ceteris omnibus populis idem servitutis jugum imponere conarentur? quid mirum, molem illam dominationis exigui populi virtute et hominum numero et opibus longe inferioris concussam ac denique eversam esse, quum sua ipsius immani magnitudine, quae mentis viribus non satis regeretur, laboraret? nam:

vis consili expers mole ruit sua.¹⁾

Neque unquam tam evidens numen Graecorum rebus adfuit, quam bello illo, quo Graeciae libertas atque humanitas ex ingruenti barbarie servata est. Ac ne quis vel difficillimus ad credendum dubitet, quin rebus humanis interfuerit numen divinum, etiam oraculorum responsa ab Herodoto subinde memorantur, quae antecesserint rerum actionem et hominum animos commoverint, ut in consiliis aut permanerent, aut alia caperent, ut spem suam aut firmari aut minui ac plane restingui intelligerent.

Itaque quum Herodotus, quae fuissent incrementa potentiae Persarum expositurus, ceterarum etiam gentium rebus, quae quidem ad Persas pertinerent, memoriae lumen afferret, quasi quae universo hominum generi acciderant quaeque gesta erant amplexus id, quod jam veterum poetarum velut Homeri, Hesiodi carminibus celebratum erat, ipse intellexit, res humanas haud fortuitas esse, nec fortunae quasi ludibrium, sed mentis divinae nutu atque arbitrio regi. Itaque sanctissima religione perfusus historiam scripsit, utpote quo opere legentium animis persuaderetur, neminem quidem mortalem ex omni parte beatum esse posse, id quod solis diis concessum esset, at eum rerum suarum summa, qua fieri posset, prosperitate florere, qui animo suo sapienter temperans nunquam, superbia efferretur neque immodica concupisceret semper numen divinum pia reverentia colens. Equidem Herodotum vatem quendam dixerim, qualem veteres credebant divino afflatu instinctum, quid verum, quid divinum esset in rerum natura altius ac planius quam ceteros mortales perspicere idque ad religionem et pietatem augendam et confirmandam oratione elatiore ac versibus canere, quamquam Herodotus, quoniam historiam scribit, non fabularum ornamentis utitur, a vulgari loquendi ratione non discedit.

¹⁾ Hor. Carm. III. 4, 65.

mäßigkeit drängt sich ihm da auf vom größten Weltkörper bis zum kleinsten Sandkorne, von dem niedrigsten Infusionsthierchen bis zum Menschen herauf, der Krone der Schöpfung! Wer könnte sie aufzählen — diese zahllosen Wunder der unserer Anschauung eröffneten äußeren Welt und wer könnte Alles erschöpfen, was jedes dieser Wesen für sich wieder der Forschung und der Erkenntniß darbietet!

Und doch ist diese äußere Welt erst nur der eine Theil der Welt, der wir angehören; gleichsam nur erst die eine Hälfte der Welt; — ein anderes Universum, eine andere Welt entdecken wir, wenn wir in uns blicken, in unser Inneres, in unsere Seele, in unseren Geist. Da finden wir andere Wunder, die den Wundern des gestirnten Himmels und den Wundern des organischen Lebens weder an Fülle und Mannigfaltigkeit noch an Herrlichkeit und Bedeutung etwas nachgeben; da finden wir andere Räthsel, die noch schwieriger zu lösen sind, als die Räthsel, welche uns die äußeren Naturerscheinungen darbieten. Eins von diesen Wundern, auf die wir bei der Betrachtung unseres Innern stoßen, und keins von den geringsten ist aber unser Gemüthsleben. Die wissenschaftliche Betrachtung des Gemüthslebens hat aber nicht bloß das allgemeine Interesse, was die Betrachtung aller Dinge Himmels und der Erde dem denkenden Menschen darbietet, sondern für uns Deutsche noch das besondere Interesse, daß wir unser innerstes Wesen erkennen, wenn wir das Gemüthsleben erkennen. Denn wenn auch einerseits anzuerkennen ist, daß das Gemüth etwas allgemein Menschliches ist und daher mehr oder weniger bei allen Völkern sich finden muß und wirklich sich findet, so ist doch andererseits eben so wenig zu leugnen, daß es in vorzüglicher Fülle und Reinheit in dem deutschen Volke vorhanden ist. Schon das merkwürdige Wort „Gemüth“ kann uns diese Wahrheit einigermaßen bestätigen. Schon der Umstand, daß wir dieses Wort so außerordentlich häufig gebrauchen sowohl im gemeinen Leben, als in den Gebieten der Religion, der Kunst und der Wissenschaft, kann uns darauf aufmerksam machen, daß dieses Wort Etwas bezeichnet, was sich uns Deutschen überall aufdrängt und sich überall geltend macht. Wie oft sprechen wir von Gemüthsarten, von Gemüthsstimmungen, Gemüthszuständen, Gemüthsbewegungen, Gemüthsstörungen und anderen Erscheinungsformen des Gemüths? Dazu kommt aber noch, daß sich dieses Wort schwerlich durch ein Wort irgend einer anderen Sprache treffend übersetzen läßt und daher auch um deswillen ein vorzugsweise der deutschen Nation eigenthümliches Wesen zu bezeichnen scheint. Aber auch abgesehen von dieser sprachlichen Betrachtung wird es als eine historische Erfahrung müssen angesehen werden, daß dasjenige, was man Gemüth nennt, vorzugsweise unserem Volke, dem großen und edlen deutschen Volke, zukomme und sich bei diesem Volke in der größten Fülle und in den reinsten Formen vorfinde. Zeigten nicht schon unsere Alvorderen, wie uns z. B. von Tacitus in seiner Germania geschildert worden, die deutlichsten Spuren des schönsten Gemüthslebens? Sind nicht ihre Verehrung gegen die Frauen, ihr religiöser Sinn, ihre Empfänglichkeit für Gastfreundschaft, ihre Treue unverkennbare Offenbarungen des Gemüthslebens? Und so hat sich der Deutsche im weiteren Verlauf der Geschichte stets als der Hauptträger des Gemüthslebens bewährt. Wenn es dem Deutschen nicht ins Gemüth greift, so erscheint er leicht passiv, träge, bis zum Uebermaße geduldig; werden aber seine Gemüthsinteressen verletzt, so erscheint er im höchsten

Grade tapfer, todesmuthig, ausdauernd und unwiderstehlich. Aus dem deutschen Gemüthe sind die wichtigsten und innerlichsten Umwandlungen in der Weltgeschichte entsprungen. Die Reformation z. B. ist die mächtige Reaction des religiösen Gemüths eines Deutschen gegen die äußerlichen Satzungen der päpstlichen Kirche, und Luther selbst, der große Reformator, ist gewiß als das Ideal des deutschen Gemüths in seiner ganzen Innigkeit und in seiner unwiderstehlichen Kraft anzusehn. Aus dem deutschen Gemüthe sind zum großen Theile die außerordentlichen Leistungen in der Musik geflossen; dem deutschen Gemüthe fast ganz allein verdankt die Welt die einzig herrliche Ausbildung der lyrischen Poesie, die eben die Aufgabe hat, ideale Gemüthszustände zu veranschaulichen. Der großartige Aufschwung des deutschen Volks in den Freiheitskriegen ist vornehmlich aus der Entrüstung und Empörung zu erklären, in die das deutsche Gemüth über den Druck und die Tyrannei gerathen war, unter der das deutsche Vaterland so lange seufzen mußte. Diese Bemerkungen, die durch viele ähnliche vermehrt werden könnten, sollten darauf hinweisen, wie die Beachtung des Gemüthslebens vorzugsweise deutschen Männern und deutschen Frauen nahe liegen müsse, da die Deutschen das Gemüthsleben in so hohem Maaße in sich tragen.

Aber man kann recht wohl etwas in sich tragen, ohne ein deutliches Bewußtsein davon zu haben, was es denn eigentlich ist. Man kann recht wohl ein bestimmtes Gefühl und eine bestimmte Vorstellung von einer Sache in sich tragen, ohne doch einen deutlichen Begriff davon angeben zu können. So verhält es sich mit dem Gemüth. Gar viele Menschen, in denen das Gemüthsleben in einem hohen Maaße thätig ist und die nicht bloß das Wort Gemüth sehr oft gebrauchen, sondern auch allerlei richtige Urtheile darüber fällen, würden doch stutzen, wenn sie gefragt würden, was sie denn eigentlich unter dem Gemüthe verstehen, und um eine genügende Antwort verlegen sein. Wer aber eine wissenschaftliche Betrachtung über das Gemüthsleben anstellen will, der darf sich nicht mit einer bloß allgemeinen Vorstellung vom Gemüthe begnügen, sondern er muß sich einen klaren und deutlichen Begriff des Gemüths verschaffen und daher bestimmt wissen und deutlich angeben, was das Gemüth zu dem macht, was es ist und wodurch es sich von allen anderen Thätigkeiten und Kräften unserer Seele unterscheidet. Es wird darum in dieser Abhandlung über das Gemüthsleben zuerst der Begriff des Gemüths und sein Verhältniß zu den anderen Geisteskräften erörtert werden, und erst von dieser Grundlage aus wird es möglich sein, um so bestimmter die wichtigsten Erscheinungsformen des Gemüthslebens und die Bildungsmittel des Gemüths anzugeben und zu erklären.

I. Begriff des Gemüths.

Nichten wir unsere Aufmerksamkeit auf unser Inneres, auf unser inneres Bewußtsein, so werden wir einen reichen geistigen Inhalt bemerken, der die Seele ausfüllt und ihr als geistiges Eigenthum angehört. Ist ein Mensch auch nur einigermaßen gebildet, so hat er — man möchte fast sagen — einen fast unererschöpflichen Inhalt, eine fast unendlich große geistige

Substanz in sich, — so groß, daß die meisten Menschen, die noch nicht recht über sich nachgedacht haben, in Erstaunen gerathen, wenn man sie darauf aufmerksam macht, was denn Alles in dem tiefen Schachte ihres Bewußtseins liegt. Denn zuerst tragen wir alle die Anschauungen, die wir in der äußeren Natur gehabt und gründlich beachtet und beobachtet haben, als Bilder in uns. Von allen den Gegenden, Flüssen und Bergen, von den Pflanzen, Thieren und Menschen, von den Häusern, Geräthschaften u. s. w., kurz von allen äußeren Gegenständen, die wir mit unseren Sinnen wiederholt und genau beobachtet haben, tragen wir Bilder als ein bleibendes Eigenthum in unserer Seele, so sicher, daß wir bei dem erneuerten Anblick der äußeren Gegenstände sofort uns erinnern, daß wir die Bilder derselben schon in uns tragen, — so deutlich, daß wir, wenn wir Maler wären, diese Bilder aus uns heraus auf Papier oder Leinwand hinwerfen könnten. Schon diese Bilder, die wir von den Gegenständen der äußeren Natur vornehmlich durch unsere Augen in uns aufgenommen haben, sind fast zahllos, und doch bilden sie noch den geringsten Theil unserer geistigen Substanz; schon wichtiger sind alle Geschichten, Vorfälle und Ereignisse, die wir entweder selbst erlebt oder von Andern mündlich erfahren oder in Büchern gelesen haben; auch diese Zeitereignisse, Prozesse und Handlungen sind, wenn wir sie einmal mit ganzer Seele durchlebt haben, ein bleibendes Eigenthum unserer Seele, und wir können sie mittelst unseres Gedächtnisses jeder Zeit wieder in unser Bewußtsein hereinrufen und zum Gegenstande erneuerter Betrachtung machen, wenn wir es zu irgend einem Zwecke für erforderlich halten. Aber der allerwichtigsten Theil der geistigen Substanz, die in unserer Seele lebt, bilden die Worte, Gedanken und Ideen. Jeder erwachsene Mensch hat mindestens den großartigen Schatz seiner Muttersprache mit den vielen Tausenden von Worten, Redensarten und Wendungen in sich und besitzt sie als ein so festes und sicheres Eigenthum, daß die Worte zu jeder Zeit, wenn wir sie zu irgend einem Zwecke sei es zur eigenen Betrachtung oder zum Gespräch mit Andern gebrauchen, mit reißender Geschwindigkeit aus unserem Inneren in's Centrum des Selbstbewußtseins gleichsam hereinpringen und uns zu jedem beliebigen Gebrauche zu Gebote stehen. Und wie viele Menschen giebt es nicht, die außer der Muttersprache noch eine beträchtliche Anzahl von fremden Sprachen in sich tragen und dazu noch eine Zahl von Wissenschaften, Künsten, Gedanken und Erfahrungen aller Art, Vorsätzen, Zwecken, Ueberzeugungen. Muß uns nicht ein hohes Erstaunen ergreifen, wenn wir an die Fülle der geistigen Substanz denken, die Männer wie Aristoteles, Melancthon, Leibnitz, Kant, Hegel, Humboldt u. A. in sich trugen, auch noch ganz abgesehen davon, was sie von dieser Fülle für einen Gebrauch machten? Man bezeichnet den Inbegriff der geistigen Substanz, die Jeder in sich trägt, auch wohl mit dem Namen seiner Vorstellungswelt; die selbstbewußte Seele aber ist es, die inmitten dieser Vorstellungswelt als das thätige Allgemeine wirkt und schafft. Die menschliche Seele hat sich diese Vorstellungswelt als einen ihrer Natur entsprechenden geistigen Leib geschaffen, sie beherrscht ihn und gebraucht ihn zu ihren weiteren Zwecken und Unternehmungen und sie erweitert und verklärt ihn von Stufe zu Stufe.

Aber die Seele steht nicht zu allen Theilen ihrer Vorstellungswelt in einem gleichen Verhältnisse, vielmehr lassen sich zwei wesentlich verschiedene Verhältnisse der Seele zu ihrer

Vorstellungswelt unterscheiden, von denen das eine auf das Gemüthsleben hinführt. Wir wollen die Sache zunächst an einigen Beispielen erläutern, um sodann das Gleiche und Gemeinsame aus diesen Beispielen herauszuheben. Jeder gebildete Mensch trägt deutliche Vorstellungen von vielen anderen Menschen in sich und nicht blos die Vorstellung von ihrer leiblichen Gestalt, sondern auch von ihrem inneren Sein und Wesen, von ihrer Denkweise und ihrem Character; aber unser Verhältniß zu diesen verschiedenen Menschen ist doch in so fern ein wesentlich verschiedenes, in so fern mit den einen unser ganzes persönliches Interesse verflochten ist, während wir die anderen nur kennen und erkennen, ohne daß wir für sie fühlen. Nehmen wir von den vielen Menschen, die wir kennen und daher auch in unserer Vorstellungswelt tragen, einen Freund heraus, so kennen wir ihn nicht blos nach seiner Gestalt und nach seinem Character, sondern wir interessiren uns auch lebendig für ihn; wir fühlen mit ihm und für ihn; sein Wohl und Wehe ist unser Wohl und Wehe; wir freuen uns mit ihm, wenn es ihm wohl geht, wir leiden mit ihm, wenn es ihm übel geht; kurz wir behandeln und betrachten ihn nicht blos als Object unseres theoretischen Bewußtseins, sondern wir betrachten ihn als einen Bestandtheil unseres eigenen Selbsts, als eine Erweiterung unserer eigenen Persönlichkeit. Ein solcher Mensch, in dem ich mich selbst wiederfinde, ist ein Theil meines Gemüthslebens, der gleichsam den Kern meiner Vorstellungswelt bildet. Doch sollen erst noch einige Beispiele aus anderen Gebieten gegeben werden, ehe daraus ein Inductions-schluß gezogen wird. Zu dem Inhalte des Bewußtseins eines einigermaßen gebildeten Menschen gehören auch die Thatsachen der Weltgeschichte; aber wie verschieden verhalten wir uns zu diesen verschiedenen Thatsachen. Ich weiß z. B. von ziemlich früher Jugend an die Geschichte der Assyrer und auch die Geschichte der deutschen Freiheitskriege, aber wie unendlich verschieden ist das Verhältniß, in welchem ich zu der einen und zu der anderen stehe. Die Thatsachen der assyrischen Geschichte sind für mich eine Sache des Gedächtnisses, der Kenntniß und Erkenntniß — also ein bloßes Object, womit meine Persönlichkeit nicht zusammengeht; dagegen erregen die Personen und Ereignisse der deutschen Freiheitskriege mein innigstes persönliches Interesse, ich bin bei dieser großartigen Entwicklung des deutschen Geistes mit meinem ganzen persönlichen Gefühl theilhaftig; es ist meine Sache, um die es sich handelt, ich lege meine Persönlichkeit in sie hinein; ich bin hocherfreut über die großen Helden, die austraten, und die großen Thaten, die sie verrichteten; es ist gleichsam Fleisch von meinem Fleisch und Bein von meinem Bein, und eben in diesem Aufgehen meines persönlichen Gefühls in den Thatsachen liegt das Leben des Gemüths in diesem Falle. Ist aber irgend etwas geeignet, auf die Natur und das Wesen des Gemüthslebens ein deutliches Licht zu werfen, so sind es die allgemeinen Ideen, zu denen der Mensch in Beziehung treten kann. Nehmen wir z. B. die religiösen Wahrheiten des Christenthums, wie: daß Gott Geist, daß Gott die Liebe ist, daß sich Gott als Mensch offenbaret hat, so sind sie zunächst ein Gedankenmaterial, das der Mensch in sein Gedächtniß und in seinen reflectirenden Verstand aufnehmen kann, ohne daß das Gemüth etwas damit zu thun hätte. Tritt aber der Punkt ein, wo dieser Inhalt mein innerstes persönliches Interesse wird, wo ich für ihn lebe und sterbe, wo ich ihn also mit nichts mehr von

meiner Subjectivität trenne, sondern als einen lebendigen Inhalt festhalte, der mein ganzes Ich durchleuchtet und der umgekehrt von meinem Ich durchleuchtet ist, dann ist dieser Inhalt Sache des Gemüths oder Glaube geworden.

So verschiedenen Sphären die oben angeführten Beispiele entlehnt sind, so zeigen sie doch alle dieselbe Natur des Gemüthslebens, und wir brauchen blos das in allen Gleiche und Allgemeine aus ihnen herauszunehmen, um eine Vorstellung von dem Gemüthe zu gewinnen. Es geht aber daraus hervor, daß das Gemüthsleben aus zwei Factoren besteht, die sich gegenseitig durchdringen und zu einer höheren Einheit zusammenschließen. Der eine Factor ist ein von mir unterschiedener Inhalt, den ich in mein Selbstbewußtsein aufgenommen habe, sei es eine individuelle Person oder Sache oder eine allgemeine Idee; der andere Factor ist mein persönliches Gefühl, welches ich für etwas habe; und das Gemüthsleben besteht eben darin, daß ich für den objectiven Inhalt fühle, oder daß der objective Inhalt ein lebendiger Bestandtheil meines persönlichen Gefühls geworden ist. Das Wesen des Gemüths liegt also in der Durchdringung eines objectiven Inhalts durch das Gefühl, so daß das Gefühl eben so sehr in dem objectiven Inhalte, als der objective Inhalt aufgeht in dem Gefühl, oder mit anderen Worten, daß ein objectiver Inhalt die Innigkeit des persönlichen Gefühls erlangt oder umgekehrt, daß die Innigkeit des persönlichen Gefühls sich zu einem objectiven Dasein erweitert. Gleich wie Sauerstoff und Wasserstoff sich gegenseitig durchdringen und in dieser Durchdringung das helle, klare, durchsichtige Wasser geben, so muß ein objectiver Inhalt von meinem Gefühl erfaßt und durchdrungen werden, wenn er ein Bestandtheil meines Gemüthslebens werden soll. Meine Gemüthswelt ist demnach ein Theil meiner Vorstellungswelt und zwar derjenige Theil, der durch mein Gefühl durchleuchtet und verklärt ist, so daß er zu einem bleibenden Bestandtheil meiner Persönlichkeit erhoben worden ist. Während also das Gedächtniß in der Aufbewahrung unserer inneren Vorstellungswelt besteht, der Verstand die einzelnen Theile dieser Vorstellungswelt unterscheidet, ordnet und verbindet, die Einbildungskraft diese Welt von außen und die Vernunft und Phantasie von innen erweitert und vertieft, so bezieht sich das Gemüth auf unsere innerste Persönlichkeit, die in dem Gefühl sich kund giebt, auf das eigentliche Selbst unserer Seele und besteht darin, daß unsere Persönlichkeit sich entäußert und in einem von ihr verschiedenen Object sich selbst wiederfindet. Dieses Weisichsein unseres innersten Selbsts in einem Anderen ist das Gemüth.

Nichts ist geeigneter, die eigenthümliche Natur und Thätigkeit des Gemüths offenbar zu machen, als die Liebe. Wer etwas wahrhaft liebt, der hat Gemüth, und die Liebe selbst ist das thätige Gemüth. Denn wer einen Gegenstand wahrhaft liebt, der giebt sich mit seinem ganzen Gefühle ihm hin, lebt und webt in dem Gegenstande, findet also in ihm nichts Fremdes und von sich selbst Geschiedenes mehr, sondern sein anderes Selbst, die Ergänzung und Vollendung seiner eigenen Persönlichkeit. In der Liebe tritt also das Weisichsein unseres innersten Selbsts in einem Anderen, wie ich das Gemüth oben bezeichnet habe, in's Leben und in das Dasein; die Liebe ist demnach eine Bethätigung des Gemüths und zwar eine der herzlichsten, reichsten und umfassendsten. Wer nicht blos sich selbst liebt, sondern auch etwas Anderes, der hat Gemüth; wer eine Fülle von Personen, Gegenständen und Ideen liebt, der

hat ein reiches Gemüth; wer die höchsten Ideen, die wir Menschen kennen, wie Tugend, Freiheit und Wahrheit, liebt, der hat ein tiefes und edles Gemüth. Wenn einer ein Gefühl nur für diejenigen Menschen hätte, mit denen er durch die Bande des Bluts verbunden ist, so wäre sein Gemüthleben noch ein ziemlich dürftiges und armseliges. Wer aber von sich sagen könnte, daß ihm das Wohl und Wehe aller Menschen am Herzen läge, wer alle Menschen als seine Freunde und Brüder betrachtete, der hätte ein sehr reiches Gemüth. Doch zeigt sich das Gemüth erst dann in seiner ganzen Glorie und Kraft, wenn es nicht so sehr einzelne Personen und Gegenstände sind, in denen das persönliche Gefühl aufgeht, sondern wenn es allgemeine Ideen und Principien, in denen das Selbst seine Erfüllung und Befriedigung findet. Eine solche allgemeine Idee ist z. B. auch das Vaterland. Wer das Vaterland mit seinem ganzen Gefühl erfaßte, so daß das Wohl und Wehe des Vaterlandes sein Wohl und Wehe, die Größe des Vaterlandes sein Stolz, die Freiheit des Vaterlandes seine Freiheit und sein Streben wäre, wer also mit seinem ganzen Selbst im Vaterlande lebte und für dasselbe dächte und arbeitete, der hätte Gemüth, und zwar ein patriotisches Gemüth.

Aus den bisherigen Betrachtungen geht aber hervor, daß das Gemüth das persönliche Centrum ist von unserem ganzen geistigen Leben. Wie die Sonne der Mittelpunkt des Planetensystems ist und von diesem Mittelpunkte aus durch ihr Licht und durch ihre Wärme auf Alles, was dem Planetensystem angehört, mächtig einwirkt und Alles belebt und zur Entwicklung aufacht; so ist das Gemüth der persönliche Mittelpunkt von dem ganzen geistigen Leben, was wir uns im Verlauf der Zeit angeeignet haben, — unsere eigentliche Innerlichkeit — und wirkt von diesem Mittelpunkte aus belebend und entwickelnd auf alle Theile dieses Lebens. Wir erkennen daher das Wesen des Gemüths noch von einer neuen Seite, wenn wir sein Verhältniß zu unseren übrigen Seelenkräften und die Wechselwirkung, in welcher es mit diesem steht, erkennen.

Wir unterscheiden an unserem Dasein zunächst Leib und Seele, indem wir unter dem Leibe den natürlichen Organismus verstehen, der uns in Verhältniß bringt zu den anderen Naturwesen und Naturkräften; unter der Seele aber das innere Selbstbewußtsein, welches einerseits den Leib belebt, andererseits aber sich eine eigene ideale Welt von Anschauungen, Gedanken, Bestrebungen und Zwecken bereitet und erweitert.

Das Gemüth nun ist der lebendige Mittelpunkt von diesem ganzen äußeren und inneren Leben unseres Daseins und erstreckt daher seine Wirksamkeit auf Alles ohne Unterschied, was wir sonst noch sind und haben. Obgleich der Körper der vergängliche Theil unseres Wesens ist und einer wesentlich anderen Sphäre angehört, als der Geist, so steht er doch, so lange wir ihn noch an uns tragen, in einer bestimmten Wechselwirkung mit unserer Seele und daher erstreckt das Gemüth seine Wirksamkeit auch auf den Körper. Der große Philosoph Kant, über dessen Leben und Wirken ich noch einen Vortrag halten werde, hat eine schöne Abhandlung geschrieben von der Macht des Gemüths, durch den bloßen Vorsatz seiner krankhaften Gefühle Meister zu sein, worin er nachweist, daß eine richtige Verfassung des Gemüths uns die Kraft giebt, hypochondrische Launen, an denen die meisten Menschen leiden oder die Grillenkrankheit, wie Kant die Hypochondrie bezeichnet, zu über-

